poſſit diebus: uel niſi cuʒ ipſum ꝓpter[a] cauſam ſibi cōmiſſam contigerit extra ſuū domiciliū ꝓficiſci[b] moderatas[c] expenſas recipere[d] ab eiſdē partib[us] qualitercūqʒ[e] preſumat prouiſur[us] attēte: q̄ in ipſis expēſis modū nequaquā excedat[f]: nec pl[us] ab vna parte quā ab alia[g] exigat cū cōe[h] gerat negociuʒ vtriuſqʒ quod qʒ ubi cauſe ſibi commiſſe utilitas[i] uel neceſſitas nō exegerit occaſionem[k] ꝓpter habendas expēſas ꝓficiſcēdi extra domiciliū non aſſumat: ſʒ ⁊ ubi notabiliter[l] fuerit pauperes[m] litigātes: etiā pro expenſis nil prorſus exigat ab eiſdē. Aſſeſſore aūt: ut qn̄qʒ[n] faciunt aliq fraudulenter[o]: niſi eo indigeat[p]: qd̄ cōſciētie[q] reliquat̄[r] eiuſdē. ſibi nequaquaʒ adiungat: alioquin[s] de ſuo ꝓprio prouideri teneat̄ eidē: ſi autē indigeat: ipſum neutri parti ſuſpectum[t] aſſumēs ei de cōpetenti[u] ſalario prouide moderando[x] ab eo faciat a partib[us] cōmuniter[y] ꝓuideri. Notarium[z] uero uel notarios[⁊] in cauſa ſibi cōmiſſa ſcribētes: qui ut plurimū in exigēdo ſalario metas[ꝯ] rationis excedunt: ut ad ipſius ſpectat officiuʒ[ꝝ] prudenter[a] refrenet[b]: nec cū ipſis aut cū acceſſore prefato lucrum participet ullo modo. Siquid autem contra conſtitutionem preſentem receperit[c] ad ipſius reſtitutionem integram teneatur: nulla eorum quibus reſtitutio facienda fuerit remiſſione[d] ullatenus profutura eidem ¶ Proferen

o ¶ Fraudulēter. uel ut ptes grauēt uel alterā eaꝝ. uel ut amicis ſeruiant. uel ut lucrū ꝑcipiant uel participēt. ut. j. ſequit̄. uel ut ſeipſos exonerent. quod facere non dñt. de offi. delega. paſtoralis in prin.

p ¶ Indigeat. qꝛ forte non eſt peritus ut ꝯuenit ad vniuerſa puncta cāe rimāda. uel qꝛ varijs ſuis negocijs uel iſirmitate corꝑis ipedit̄.

q ¶ Conſcientie. ſi. de renū. niſi cum ꝓdem in fi.

r ¶ Relinquatur. ꝑ hoc verbū credo q̄ pars non poſſit referre queſtionē iudici delegato. ſ. dicēdo q̄ aſſeſſore non eget. cū. n. hoc conſciētie relinquatur ipſius. ergo ſol[us] deus hic ⁊ nullus ali[us] iudex uel cognitoꝛ. ꝑterea poſito q̄ ſūmus ſit doctoꝛ ⁊ parum occupatus. ex quo cōſciētia ſibi h̄ dictat. pōt aſſeſſorē aſſumere. ut hic. caueat tamen ſibi ne conſcientia ei[us] iprobabilis ſit. de ſimo. per tuas. ij.

ſ ¶ Alioquin. ſ. ſi adiūxerit. cū ñ egeret

t ¶ Suſpectum. nō ꝓ ſuſpectis qui d̄ facto in cauſis dant̄ ꝑ partes.

u ¶ Cōpetenti ſalario. ſpe etenim premioꝝ inuitandus eſt aſſeſſoꝛ. C. de aſſeſ. l. i. ⁊ ſalariū hr̄e dʒ. ff. d̄ offi. aſſeſ. l. diē functo. debet. n. merces conſtitui pro laboꝛe. xij. q. ij. charitatem. nec de ꝓprio beneficium quis facere cogit̄. x. q. ij. precarie. ⁊ pōt iuſtū conſiliū vendere. xi. q. iij. non licet. ⁊ adde qd̄ ibi nō. ⁊. xiiij. q. v. non ſane. de hoc in ſpe. §. ſalarium. v̄. quid ſi duobus.

x ¶ Moderādo. ſʒ q̄litatē cauſe ⁊ partiū ꝯditionē. ⁊ facūdiā aſſeſſoꝛis ⁊ loci conſuetudinē ſicē de aduocato dicim[us]. ff. de var. ⁊ extraoꝛ. cog. l. i.

y ¶ Cōmuniter. qꝛ cōe gerit negociū. ſ. §. ꝓxi. ⁊ ſi delegatus morit̄ uel partes concoꝛdent. nihilominus aſſeſſoꝛ ſalarium ſtatutuʒ habebit. uel habitū non reſtituet. ff. de of. aſſeſ. l. diē functo. ff. loc. qui operas. ⁊. l. ex ꝯducto. §. itēʒ ſi. ff. de va. ⁊ extraoꝛ. cog. l. i. §. diuus.

z ¶ Notariū. quē dʒ habere delegat[us]. ut fideliter cuncta iudicij. acta conſcribat. ſ. de proba. quoniā. ⁊ vocatur ſeruus public[us]. j. de vſur. q̄q̄. ⁊ priuat eccleſia etiam laicum hoc officio ratione peccati. ut. j. de penis felicis. §. i. cum ſi.

⁊ ¶ Notarios. no. plures notarios aſſumi ad ſcribendū in vna cauſa. cum h̄ non reperiatur ꝓhibitū. ⁊ hic ſit conceſſum. ⁊ fac̄ ꝓdicta decre. quoniam.

ꝯ ¶ Metas rōnis. ⁊ eſt iſtud q̄ſi crimen ꝯcuſſionis rōne officij vltra debitum exigere. i. q. vij. ſancimus. C. ad. l. iul. repe. l. ul.

ꝝ ¶ Officiū. no. iudicis etiā delegati eſt moderari ſalaria aſſeſſoꝝ ⁊ notarioꝝ. qꝛ cū cā ſit ei cōmiſſa ⁊c̄. de of. del. ꝑterea. ⁊ ē ſi. de iudi. c. ul. vñ bene dicebat Guil. in ſpe. ti. de ſala. §. ij. circa fi. q̄ aut ſcriptura erat de foro ⁊ iudicialis aūt extraiudicialis. ꝓmo caſu puta i exceptionibus replicationibus ⁊ ſimilib[us] ſcribēdis ad officiū iudicis corā quo agitur. etiā delegati ꝑtinet taliū ſalaria moderari et a grauaminib[us] partes releuare. d̄ pe. di. i. nemo. ⁊ d̄ of. del. cū te. ⁊ cū cta q̄ litigatoꝛes impediūt emēdare. i. q. i. emēdari. de of. del. c. i. et tales iꝓbos exactoꝛes punire. C. de of. ꝓfec. aphri. in noie v̄ſus fi. §. hoc etiā decernim[us]. moderabit̄ ḡ qd deb̄ ꝓ citatione. qd ꝓ termino. qd pro conteſtatione. ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ i h̄ inſpiciet ꝯditionē perſonaꝝ ⁊ cauſe. ⁊ ꝯſuetudinis foꝛi. ⁊ ſi ſibi videbit̄ ꝑ alios fideles notarios faciet h̄ taxari. Si vero ſit ſcriptura extraiudicialis. puta inſtrumentū vēditionis de qua agit̄. vel depoſiti vel abſolutionis uel ſimilia. expediet̄ id ꝑ ordinariū loci. uel deputatū illi officio. puta ꝑ ꝯſulem tabellionū boñ. qui ſi de certo ſalario non fuit ꝯuentū inſpecta qualitate cauſe ꝯditione ꝑſone ⁊ ꝯſuetudine loci taxabit. uel taxari faciet per viros expertos. ff. de va. ⁊ extraoꝛ. cog. l. i. ⁊ de ſimo. c. i. iii. q. vii. §. tria. v̄. apud vꝛbem.

a ¶ Prudenter. ad idē de accu. qualiter. i.

b ¶ Refrenet. alludit vocabulo. ⁊ ē ſi. ſ. in ꝓemio cōpilato. greg. ⁊. ſ. de homici. dilectus.

c ¶ Receperit. ſ. a partib[us] ꝑter eſculentū uel poculentū uel vltra moderatas expenſas cū ꝓficiſcit̄. uel participādo lucrū cū aſſeſſore uel notario.

d ¶ Remiſſione. ſi. j. de cēſi. exigit ad finē. ⁊ in cle. de here. nolentes v̄. q̄ ſi ſecus. ⁊ ſic eſt caſus vbi dñs rē ſuā in aliū transferre non poteſt. quod eſt ꝯ regulā qua dicitur. Nihil eſt tā naturale q̄ voluntatem domini volentis rem ſuam in aliū transferre. inſti. de re. diui.

§.per traditionē. Quid ſi poſtq̄ reſtituit iudex pars ſibi donet. nū quid hoc facere poteſt? credo q̄ ſic. q2 hic h̄ non prohibet̃. ſicut nec alia ſua bona donar̃ ꝓhibet̃. Et eſt rō q̄re aliud ī remiſſione. aliud ī donatione remiſſio facilius preſumit̃ fraudulenter fieri q̄ donatio quia facilius remitteret quis multa q̄ donaret pauca. ſic alias. ſimile. ff. ad velle. ſ3 ſi ego vbi dicitur q̄ ſenatuſconſultū vel leianum mulieri intercedenti ſuccurrere voluit non donāti. ideo quia facilius ſe obligat mulier. q̄ alicui donet. ⁊ hec eſt cā quare prohibetur. ne pena interueniat in matrimonio ⁊ non arra. q2 facilius ꝓmitteret quiſ. c. noīe pene q̄ daret. x. noīe arre. ut recitari ſolet. ſ. de ſpon. gēma. hec oīa itelligo vera eſſe. dūmodo ꝯtract⁹ iſte in fraudē nō fiat. q2 tunc non credo iudicē abſolutū ad hoc. ff. de do. inter vi. ⁊ vxo. ſi ſpōſus. §. circa. ff. ad vellei. q̄uis. §. ſi cū eſſem. et facit. ĩ. de elec. cōmiſſa. cū ſi. et quod no. xiiij. q. iij. pleriq3. de ꝑuil. quanto. ff. de legi. l. cōtra. ⁊ quod no. guil. olim in decre. de poſtul. properādum greg. x. quam hodie non habemus.

do quoq3 teſtimonio[a] pretextu cuius aliqui alios fraudulēter interdum a iudicibus uocari procurant ut eos laboribus[b] ⁊ expenſis[c] fatigent aut extorqueāt[d] aliquid ab eiſdem. nullum ullatenus conuocet. niſi quando cōditio[e] ⁊ ſtatus ⁊ cauſe requirent. ſed nec tunc niſi a producente[f] competentes uocato pro teſtimonio ueniendo ſtando ⁊ redeūdo faciat miniſtrari expenſas[g] Quicquid autem contra premiſſa uel eorum aliquod contigerit attētari. ſit ipſo[h] iure irritum ⁊ inane.

Idem.

Sibi qui[i] gratiā in bitterēſ. eccleſia impetraſti a nobis certo[k] executore cōceſſo. qui te in canonicum recipi faceret. ⁊ de prebēda tibi. ſiqua in eadem eccleſia tūc uacabat. alioquin de uacatura ꝓxime[l] ꝓuideret[m] ali⁹ ſimilē gratiam poſt tuā impetrationē obtinens in eadē. licet priuſquā tu ſuas litteraſ preſētauerit. ⁊ in canonicū ſit receptus[n] in prebenda tpe tue receptionis. uel etiam poſt uacante. ex quo

a Teſtimonio. ad quod ne veritas occultetur quilibet cōpellitur. xiiij. q. ij. quanq̄. de teſti. co. ꝑuenit. ⁊ hoc in ciuilibus. In criminalibus autem quid iuris. no. e. ti. dilectorum.

b Laboribus. in eundo ⁊ redeundo.

c Expenſis. nō. ꝙ q̄ iudex non ſolū parcere debet laboribus ⁊ expenſis partium. ut. ſ. de do. et contu. finē. ſed etiā teſtiū ut hic.

d Extorqueant. ſi. ſ. e. ti. c. vlti.

e Conditio ⁊ ſtatus. ut ſi petantur ſup principali lite conte. ⁊ iurato de calūnia. ⁊ dato termino ad probandū ⁊ porrecta intentione ꝓducentis. tunc teſtes citentur. uel ſi petant̃ ſup dilatoria añ li. cont. dato termino per iudicē ad eā ꝓbandā. ⁊ intentione porrecta. ⁊ nō q̄ ſi citauerit ꝯ hanc formā. citatio non valet ipſo iure. ĩ. c. prox.

f A ꝓducente. no. q̄ licet teſtis iuret dicere veritatē ꝓ vtraq3 parte. ⁊ que capitula iuret. habes nō. ij. q. iiij. nullā. ⁊. ſ. de teſti. fraternitatis in ul. glo. ⁊ ad hoc teneatur. xiiij. q. v. non ſane. ⁊ celare veritatē ſit peccatū. ĩ. de cri. fal. c. i. xi. q. iij. qſquis. tñ ſolus ille q ꝓducit procurat teſtē in veniēdo ſtando ⁊ recedēdo. ut hic. ⁊. iiij. q. iij. §. itē in criminali. ꝟ. vēturis. C. de teſti. l. quoniā. C. ð app. l. eos. §. ſiqs autē. ⁊ ad h̄ ꝯcor. ĩ. de elec. cū non deceat. ſ. de no. ⁊. no. re. magne.

g Expenſas. ꝯſueuerunt aduocati ſua doloſitate ⁊ iperitia neſciētes alit̃ partes iuuare dilationes iuris petere ad teſtes vltramarinos uel ex̃ ꝓuinciā ꝓducēdos. iij. q. iij. ſpaciū. poterit iudex ſi ð malicia preſumebat. ſ. ut id fieret cā ꝓtelādi negociū ſacramentū exigere. ſ3 ſi iurabat̃ videbat̃ dāda dilatio. ꝯſueuerāt iudices alit̃ ꝓuidere ſm formā decre. de fideiuſ. ꝯſtitut⁹. ſ. ibi cōmittere receptionē teſtiū recepta cautione ab illo. q̄ vadat uel mittat ad videndū illos iurare. ſup quo vide qð ibi nō. hodie puto meli⁹ ꝓuiſum p hāc lr̃a3 ſi. n. dicit pars habeo teſtes vltramarinos. ⁊ iudex dicit. parat⁹ ſu3 illos citare ⁊ expectare. depone ſalariū ꝓ expenſis teſtis in eundo veniendo uel ſtando. qð ſi facere nolit cauſam non differt.

h Ipſo iure. no. igit̃ ius nouū. q2 ut ſuperius dixi in multis capitulis ſuperiorib⁹ valebat olim proceſſus. ſi non opponebatur exceptio. hodie ſec⁹ p hāc lr̃a3. q2 nullū ē exceptiōiſ remediū opportunū

i Sibi qui. q2 decre. eſt aliquantulū obſcure dictāta. vide caſu3 litteralem. Ego impetraui gratiam in eccleſia boñ. dato executore mihi p papā. ut faceret me recipi in canonicu3 boñ. et prouideret mihi de prebenda. ſiqua tunc vacabat uel de ꝓximo vacatura. titius a papa impetrauit ſecūdo loco eandē uel ꝯſimilē gratiam in ipſa eccleſia boñ. tamē preuenit me in preſentatione lr̃aru3 ⁊ receptus fuit in canonicū. tertio loco ego litteras meas preſentaui. ⁊ auctoratate ipſarum receptus fui in canonicū boñ. ⁊ tpe receptionis mee vacabat prebenda. vel poſtea vacauit. queritur cui debeatur uel deferatur. an mihi primo impetranti ſecundo preſentanti ⁊ ſecundo recepto. an illi titio ſecundo impetranti primo preſentanti ⁊ ꝑus recepto? Reſpondetur q̄ mihi ⁊ non illi debetur. ex quo illi ante preſentationē meam non erat collata. Secundo queritur. pone retento eodē themate. q̄ añ receptionem meā vacauit prebenda. ⁊ executor meus notificauit. aut interdixit. ſeu reſeruauit. ⁊ forte decretū appoſuit. cui debebitur an mihi prius impetranti ſecundo preſentanti. an illi ſecundo impetranti priuſ preſentāti ꝑuſq3 recepto? R̃ndetur q̄ mihi. Tertio querit̃ retentis eiſdem terminis poſt preſentationē ⁊ receptionē titij ante preſentationem meā vacauerat prebēda ſed in litteris meis erat clauſula decreti. queritur cui debeatur? reſpondet̃ q̄ mihi. hec vera ſi dolus. uel notabilis negligentia mihi ꝑus impetranti imputari non poteſt. hoc dicit.

alteri ante tuā receptionem collata non extitit[o]. anteferri non debet Idē quoq3 ſi ante receptionē[p] tuā in canonicū uacauiſſet prebēda[q] ꝑ ꝓceſſū tui executoris qui ei ad quē prebende collatio ptinebat notificauerat[r]: q̄ eā uolebat p huiuſmōi poteſtatē ꝯferre. aut iterdixerat ne conferret eandē. ſeu illā ſue reſeruauerat collationi. preſertim[ſ] cū iterpoſitione decreti affecta. tūc. n. tibi ⁊ non alteri d3 prebenda huiuſmodi aſſignari. Quinimmo ſi añ receptionē ⁊ preſentationē etiā tuā prebendā uacauit idē erit cēſendū ſi in huiuſmodi grā tibi facta decretū[t] a nobis fuerat irritū ⁊ inane qd' cōtra ipſam ꝯtingeret attētari In predictis[u] itaq3 caſibus debes tu prebendam uacantem potiuſquā imperator ultimus obtinere. dum tamen dolus[x] tibi non poſſit uel notabilis negligentia[y] imputari.

Idem.

Si pro te[z] alicui[⁊] directa fuerit ſcripta[ꝯ] nr̃a ut tibi d' canonica tu et ꝑbēda eccleſie bitterēſ. ſi ad[ꝝ]

k Certo. executor enim debet eſſe certus. ut notat hec littera. habet enim delegatā quod patet. quia ipſius materia in illo ti. ponitur. ĩ. de of. dele. ſi ſuper. ſicut de conſeruatore dicimus. eo. ti. c. i. ⁊ vlti. Sed delegatus debet eſſe certus. ſ. e. ad hoc ſicut ⁊ arbiter ⁊ tutor. ſ. de arbi. innotuit. ff. de teſta. tu. l. tutor incertuſ. ergo ⁊ huiuſmodi executor. ⁊ ꝓpter hoc dixit certo

l Proxime. hoc intelligitur ff. de verbo. obli. l. eu3 qui calendis niſi aliud diceretur in litteris expreſſe vel tacite. puta quā duxerat acceptanda3 ĩ. de conceſ. preben. c. i. ⁊ intelligitur hec clauſula ⁊ precedens de prebenda nulli alij de iure debita. cum talis conceſſio ſine alterius preiudicio fieri debeat. ſ. e. q̄uis. ⁊. ĩ. de preben. cum in eccleſia. ⁊. c. ſi poſtq̄. hec vera. niſi aliud diceretur. puta quia haberet ꝑrogatiuā. ĩ. de ꝯceſ. preben. c. penul.

m Prouideret. non dixit cōpelleret. ⁊ ita alius eſt caſus decre. ĩ. de ꝯceſ. preben. ſi ſoli. de hac tñ materia diſtingue ⁊ ſubdiſtingue. ut ibi plene dixi.

n Receptus. videbat̃ ꝙ ſm cōmunem lecturā illi⁹ decre. capitulū ſancte crucis. ſ. e. ti. q habebat q̄ illud prius ibi poſitū eſſet aduerbiū. qð ille prius preſentans debebat ꝯſequi prebendā. ſed abſurdū erat q̄ iſte ſecundus precurrendo lederet ius primi. ut hic. ⁊. ĩ. de ꝑben. cū cui. vbi de hoc.

o Extitit. ergo ſi prius erat alteri collata. ſecus. qð intelligas verū cū determinatione ſequentiū. ſed hoc non haberet locū ſi canonicatus prius ei collatus fuiſſet. ut. ĩ. de preben. cum cui. ⁊. c. ſi poſtq̄.

p Ante receptionem. ⁊ poſt preſentationē. ut hñ procedat caſus. ſ. qð. ĩ. dr̃ de notificatione ⁊c̃. ⁊ ut differat a ſequenti.

q Prebenda. tolle quod eſt. ĩ. affecta per proceſſum ⁊c̃.

r Notificauerat. ſed ad quid neceſſaria ē notificatio. cu3 ſufficiat ꝑſentatio ut. ĩ. de ꝯceſ. ꝑben. ſi capitulo. So. ſufficit ꝑſentatio facta ei ad quem ſpectat collatio. ut ibi. ſ3 non executori. ut hic. ⁊ ideo dicit̃ ibi capitulo ipſi factam.

ſ Preſertim. i. maxime.

t Decretū. decretū ꝙ pape afficit etiā ignorantes. ĩ. de ꝯcel. ꝑben. c. i.

u Predictis. ſ. quando prebenda vacaret tpe receptionis uel poſt. ſ3 ꝑm⁹ iā erat receptus. l3 ſecundo. uel qñ ꝑmus nondū erat receptus. ſ3 executor ſaltem notificauerat. uel qñ ꝑmus nondū ꝑſentauerat. ſ3 ī lr̃is ei⁹ erat decretū.

x Dolus. ĩ. de renun. c. ij.

y Negligentia. ĩ. de preben. ſi clericus.

z Si pro te. Si primo ſub conditione ꝓuideri mādatur. ⁊ ſecundus pure impetrans priuſq̄ veniat ꝯditio a papa uel executore ſuo canonicatu3 obtineat in aſſecutione prebende primo prefertur. hoc dicit.

⁊ Alicui executori ⁊ eadē ratione idē credo ſi ſcriptū fuiſſet ipſi capitulo. ut poſſent ſi vellent apoſtolica auctoritate recipere aliquē in canonicū ⁊ fre3 ut. ſ. c. cū aliquibus. q2 omne ius impetrantis fert̃ ad diē ꝯditionis. ſecund⁹ igit̃ ꝑmo canonicatū obtinuit. ꝑferri ergo d3. ĩ. c. ꝓxi.

ꝯ Scripta noſtra. per huius tenoris uel ſimilis ſcripta eccleſiam non puto grauatā. ita q̄ locū habeat decre. ſ. e. litteris. ⁊. c. mandatū. ⁊. c. abbatem. ⁊. ĩ. c. ꝓxi. in fi. ratio quia per hoc mandatū non grauantur. ſed eor voluntati relinquuntur. ⁊ aliud eſt ꝑmittere. ⁊ aliud precipere. iij. di. omnis aūt lex. xiiij. q. i. quod precipitur. ſ. de arbi. cū olim. ff. man. l. ij. in fi.

ꝝ Si ad id. conditio fuit. ⁊ ad huius conditionis tempuſ mandatū refert̃ ⁊ decretum. ſi quod ibi erat inſertum. ut in cle. de conceſ. preben. cum ei quem ī. reſpōſo. ⁊ eſt. ſi. ſ. de appel. preterea. de uo. ⁊ vo. re. licet. ꝟ. ſciturus. ⁊ de cōdi. ap. ſ. e. inſti. de verbo. ob. §. ex conditionali. ⁊. ff. qui po. in pig. ha. l. potior ī. riſo. licet ſit contra. e. l. ij. ꝟ. ⁊. ff. de periculis. ⁊ cō. rei ven. q̄ ſi pendente.

vbi dies conditionis trahitur ad diem obligationis. ſed ibi non erat in poteſtate contrahentis primo ſub ↄditione contractū conditionalē poſtea pure contrahendo reuocare. ſed hic ſecus. qꝛ in poteſtate pape concedentis erat conditionalē grãm etiã in totū tollere ſi voluiſſet. j. de ↄceſ. prebē. c. pe. ⁊ vlt.

id accederet epiſcopi[a] ⁊ capituli eccleſie prelibate aſſenſus[b] auctoritate[c] apoſtolica ꝓuideret ⁊ alter poſtmodū[d] impetrãs q̃ ex collatione apoſtolice[e] ſedis uel executoris ſup hoc deputati ꝓuiſiõe[f] priuſquã epi ⁊ capituli predictoꝝ aſſenſus ad ꝓuiſionē tibi accederet faciendã[g] canonicatū obtinuit hĩttereſ. lꝫ tu[h] interueniente poſtea predictoꝝ[i] aſſenſu dicti prioris mãdati auctoritate in canonicū ipſius eccleſie ſis receptus. in prebenda vacãte[k] tibi merito[l] anteſertur. Idez.

Vobus[m] ſuper prouiſione ſingulis[n] ſibi facienda in eadē[o] eccleſia litteras a nobis[q] obtinentibus vna die certis eis executoribus deputatis. ſi nõ appareat[r] q̃s primo[s] impetrauerit ex eiſdē is eoꝝ cui[t] canonicatū ↄtulimꝰ eſt in prebenda[u] preferendus alteri. q̃a

a ❡ Epiſcopi ⁊ capituli. ad quos de iure cõi pertinet canonicoꝝ receptio. de conceſ. preben. poſtulaſti. de his que fi. a prela. nouit. ⁊ c. quanto. de elec. cū eccleſia. et ibi de hoc. ⁊ tunc debēt abſētes canonici vocari qui ſunt in loco. vt ad electionē epi forent vocandi. j. de preben. cū in eccleſijs. niſi eſſet ↄſuetudo in contrariū ut ibi. ď cõſuetudine aũt uel priuilegio interdum pertinet ad alterū tantū predicta receptio. ut. j. ne ſe. va. c. vno. de regul. c. ul. ⁊ intelligo conſentire capitulum ſi conſentit maior ipſius pars in hoc caſu. ar. j. c. ꝓxi. cum ſuis concordantijs.

b ❡ Aſſenſus. pone mortuus eſt epẽ uel impeditus. ita ꝙ conſentire non poteſt ⁊ canonici cum eo. nunquid executor ſtatim poterit conferre: videtur ꝙ ſic. arg. j. ne ſe. va. c. vno in fi. ad hoc. ſ. e. ſi gratioſe. ſed contrariuꝫ credo. hic. n. ſub certa forma tradita eſt executori poteſtas. quam tranſgredi non poterit. j. de preben. cui de non. ⁊ ſub conditione qua non exiſtente ceſſat ipſius poteſtas. ⁊ aliud eſt conciliũ teneri requirere ut ibi. ⁊ aliud aſſenſum ut hic. ⁊ facit. ſ. ď arbi. cũ olim. ⁊ decre. ne ſe. va. c. vno. loquitur in caſu illo. cum ad illum ꝑtinet electio quã facere habet cum concilio epi. hic autē non ꝑtinet prouiſio niſi a die conditionis. Itez ibi loquitᷣ de bñficio iã vacãte. vbi periculū ē in mora. ut ibi. hic aũt nullū ꝑiculū

c ❡ Auctoritate apoſtolica. prefereꝛ ergo omnibꝰ prius receptis auctoritate inferiorū. j. de ꝑben. hi qui.

d ❡ Poſtmodū. vnde poſterior videbaꝛ i iure ſicut fuit in tempore. j. ď reg. iu. qui prior cū ſuis concor. quod non eſt verum. ratio. j. patebit.

e ❡ Apoſtolice ſedis. bene dicit. quia ſecus de inferioribꝰ. quia ſi auctoritate alterius inferioris receptus eſſet prefereꝛ iſte etiã poſt receptus auctoritate pape. j. de preben. hi qui. ⁊ ſic prodeſt ſcire qď dr. ſ. e. cū aliquibus.

f ❡ Prouiſione. qꝛ datus erat ad promouendū. ſecus ſi ad compellendū tantū quia tunc prouidere non poſſet. j. de conceſ. preben. ſi ſoli.

g ❡ Faciēdã. qď ſi poſt ↄſenſū habitū ipetraſſet tũc ſecꝰ. ad h̾. ſ. c. ꝓx. in prin.

h ❡ Tu. primo impetrans.

i ❡ Predictorum. epiſcopi ⁊ capituli.

k ❡ Vacante. quandoqꝫ.

l ❡ Merito. quia licet ille poſterior fuerit in impetratione. tñ fuit ꝑor in iure. mandatum. enim conditionale ante conditionem exiſtentem conſenſum nõ habet. ſicut nec matrimoniū conditionale. vnde nec ex ipſo oritur publice honeſtatis iuſtitia. j. de ſponſa. c. i. in fi.

m Vobus. ſi ex duobus impetrantibꝰ ſuper ſimili ꝓuiſione non apparet quiſ primo ſi ſolū alteri collatus eſt canonicatus a papa. ille prefertur alteri etiam prius preſentanti ⁊ primo recepto. Si autē vtriqꝫ uel neutri eſt collatus. aut alter in preſentando preuenit. aut ambo concurrunt. ſi alter preuenit. ille prefertur. ſi ambo concurrunt ille uel illi uel ipſorum maior pars ad quos collatio ⁊ receptio ſpectat. alterū teneñ eligere. ⁊ ille ſolus admittetur uel alteri prefereꝛ. niſi papa vtriqꝫ voluerit ꝓuideri. ⁊ facit decre. iſta in ar. ad queſtionē de his qui producunt duo teſtamēta. ⁊ nõ apparet qď ſit primū. ⁊ vterqꝫ inſolidū ſe dixit heredē ⁊ in poſſeſſionē mittendū q̃ qď nõ C. de edic. di. hadri. tol. l. edicto in glo. illa mitti. Jo. an.

n ❡ Duobus. idē ſi tribꝰ uel pluribus. cum eadem ratio ſit vtrobiqꝫ.

o ❡ Simili. qꝛ vterqꝫ impetrauit ſibi prouideri de canonicatu ⁊ prebēda integra. Si autē impetratio eſſet diſſimilis. puta qꝛ vnus impetraret ſup dignitate. alter ſuper canonicatu. uel vnus ad prebendam integram. alter ad dimidiam. tunc quod dicitur hic locū nõ habet. quia ſi vacat integra dabitur ei qui integrã. ſi dimidia ei qui dimidiã impetrauit. nec aliud fieri poteſt. j. ď ꝑben. cui de non. uel pone diſſimilē. ut. ſ. c. proxi.

p ❡ In eadem eccleſia. quia de diuerſis non eſſet queſtio.

q ❡ A nobis. ſi autem vnus a papa. alter ab ordinario. tene quod habes. j. ď ꝑben. ſi a ſe. ap.

r ❡ Si non apparet. ſic. j. de preben. ſi a ſede. ⁊ dico apparere poſſe ꝑ ipſas litteras. puta ſi diceretur in eis. data die tali ante tertiam. in alijs diceretᷣ poſt veſperas ſed hoc non eſt in vſu. poteſt etiam apparere per teſtes per quos ꝓbare poterit ſuam petitionem primo eadē die lectã ⁊ admiſſam per papã uel per confeſſionē partis alterius poterit appareꝛ. ⁊ facit. ſ. de reſti. ſpo. cuꝫ ad ſedem. ⁊. j. de confeſ. c. i.

ſ ❡ Quis primo. qꝛ ſi de hoc appareret ei deberetur. ſ. eo. tibi. j. de preben. cū cui. ⁊ c. ſi poſtq̃.

t ❡ Cui. ſoli ut. j. ſequitur.

u ❡ In prebenda. tunc uel poſtea vacante.

x ❡ Spectat. de communi uel ſpeciali iure. ut. ſ. dixi. c. proxi.

y ❡ Receptus. non ergo in hoc caſu inſpicitur preſentatio uel receptio. ſ. e. tibi. ⁊ ſubaudi hic. ⁊ alter omnino careat ipetratis. niſi ⁊c̄. ut in fi. ⁊ ita ſubaudias etiam in. v̾. ſequenti.

nobis canonicatū nõ extitit aſſecutus. lꝫ prius quã aliꝰ eis ad quos ſpectat[x] canonicoꝝ receptio ⁊ collatio prebendaꝝ: ſuas preſentauerit litteras. ⁊ ab eis in canonicū ſit receptus[y]. Si uero neutri eoꝝ uel utriqꝫ canonicatū contulimꝰ. tunc ex quo in gratia ſunt equales. is q̃ primo[z] preſentauerit erit potior in prebēda. Quod ſi forſan ambo ſimul in preſentãdo concurrant[⁊]. hi ad quos ut ꝑmittiᷣ ſpectat[9] canonicoꝝ receptio ⁊ collatio[ꝶ] prebendarū. uel eoꝝ maior[a] pars ex eis alterum quē uoluerint[b] eligere[c] teneãtur[d]. quo electo aliꝰ omnino[e] careat impetratis. niſi ex tenore litterarum ipſius[f] expreſſe[g] apparet. ꝙ utriqꝫ[h] ipſorum uoluerimus[i] prouidere. Idem.

Via per ambitioſam[k] importunitatē[l] petentiū tã nos quã

z ❡ Primo preſentauerit. nõ ergo caſuꝫ in quo ſtatur hodie preſentationi in litteris ad bñficia. cõcordat in litteris ď iuſticia. ſ. de ap. ut debitus.

⁊ ❡ Concurrãt. nõ quia primo inſpicitur inequalitas in data. demū in preſentatione. ſꝫ ſi omnia ſunt paria. tunc locus eſt gratificationi. ⁊ facit ꝓ opinione Hoſ. nõ. ſ. ď iudeis. c. i. ⁊ cõcor. ad hoc. ff. loc. in naue in fi. ff. ad ſyll. ſi quis in graui. §. cū oẽs. ſ. ď iurepa. cū autem in fi. Et nõ pro ſo. ro. goſ. ⁊ ber. nõ. in dicta decre. cum autē. ſ. ꝙ tunc demū locus eſt gratificationi. quando quis ſit in iure potior dubitatur.

9 ❡ Spectat. expone. ut. ſ.

ꝶ ❡ Collatio prebendaꝝ. ad quam vocandi ſunt abſentes. quod dic ut. j. de preben. cum in eccleſijs. Jo. an.

a ❡ Maior pars. videtur enim a toto capitulo factū quod fit a maiori parte. lxi. di. apoſtolica. de elec. cū inter ca. in prin. de his q̃ fi. a ma. par. ca. c. i. ff. ad municipa. quod maior.

b ❡ Voluerint. datur ergo eis optio.

c ❡ Eligere. nec in ipſiꝰ electi preiudiciū poterũt poſtea variare. ad hoc de elec. publicato. j. de poſtul. prela. c. vno in fi. ⁊. j. de reg. iur. mutare cum ſuis concor. ⁊ probatur h̾ ſatis per litteram q̃ ſtatim ſequitur. ⁊ facit ad id quod dixi. ſ. e. gratia. Jo. an.

d ❡ Teneantur. nõ tenentur alterū eligere de neceſſitate. ſed nõ certum. vnde non datur eis optio ut eligant uel non eligant. ſed ut alterū eligant. Sed pone nolunt eligere. uel pari numero diſcordãt in eligendo. quid erit: credo agendum corã ſuperiore. ut eos ad eligendum cõpellat infra certū tempꝰ uel ad ↄcordandum qď ſi nõ fecerint credo ꝙ ſuperior ipſe poſſit eligere. ad hoc. ix. q. iij. cū ſcimꝰ de ſup. ne. prela. per totū. j. ti proxi. c. ul. j. de reſti. ſpo. frequēs. j. ď ꝑbē. ſi tibi. ⁊. j. ď ele. ꝙ ſit. ff. ď le. i. huiuſmõi. §. fi. C. ď inge. ma. diffamari cū ſi. ⁊. ſ. de iurepa. nullus cū ſi. ſicut igiᷣ ad ſuperiorē ꝑ lapſū tpis deuoluiᷣ poteſtas eligēdi. ď ↄceſ. prebē. c. ij. ita ex eoꝝ negligētia puto ꝙ hic deuoluetur poteſtas eligendi. de qua hic loquitur.

e ❡ Omino. ut nec ꝑbēda illa nec ſequēs nec canonicatꝰ ēt ſibi debeaᷣ

f ❡ Ipſius non electi.

g ❡ Expreſſe. quia in ipſis lr̃is appoſita erat clauſula. non ob. ſi pro alio ſcripſerimus q̃ huiuſmodi grãm ⁊c̄. uel nõ ob. ſi ꝑ nos fuerit eccleſia vr̃a grauata. uel ſimilis clauſula. Et nõ ꝙ dicit expreſſe. ⁊ eſt ſimile. ſ. e. cū aliquibꝰ. ⁊. c. ſuſceptū. ⁊. j. de ꝑben. ſi motu. ꝑ hũc aũt tex. approbatū dico opi. ber. nõ. ſ. e. ti. mandatū. ⁊ reprobatur opi. goſ. in ſũma huius ti. ante mediū. ⁊ Inno. ⁊ Cõpoſt. ſ. e. capitulū. qui dixerunt ꝙ licet eccleſia grauata fuerit in receptione primi. nihilominꝰ teneᷣ ſcõm recipere. niſi in litteris ↄtineretᷣ. niſi ꝓ alio ⁊c̄ ſꝫ ber. ↄdicēs ꝙ ſcõm recipe nõ teneretᷣ. qꝛ in lr̃is intelligiᷣ ꝑdicta clauſula niſi ꝓ alio. ⁊c̄. ⁊ h̾ vez niſi i ipis lr̃is diceretᷣ. ñ ob. ſi ꝓ alio ⁊c̄. ⁊ hanc opinionem ber. approbat ſtilus curie. ⁊ finis iſtiꝰ decre. Hoſtien. diſtinguebat. an ꝑmo receptus eſſet ſub expectatione ꝑbēde nec ne in ꝑmo caſu non valerent lr̃e ꝓ ſecundo ſine clauſula. non ob. in ſecundo ſic. ⁊ ita nõ decre. mandatū. ſ. e. ti. cõtra quã opinionem facit ipſa decre. mandatū. ſed ibi erat clauſula. ſi pro alio.

h ❡ Vtriqꝫ electo. ⁊ non electo.

i ❡ Voluerimus. ſtatur enim tunc voluntati. ſ. e. ſuſceptum.

k Via per ambitioſaꝫ oẽs indulgentie ↄceſſe a bonifacio uel ſuis predeceſſoribꝰ clericis de ꝑcipiendis perpetuo fructibꝰ ſuorum beneficioꝝ in abſentia ſunt reuocate. ⁊ profitetur papa ſe illas in poſterum non daturum. ⁊ potuit ortū habuiſſe a decre. ſ. de cle. non re. cum ad hoc.

l ❡ Importunitatē. propter quam princeps ſepe non cõcedenda cõ/

cedit. ut hic vides. C. ꝺ pe. ho. ſubla. l. i. li. x. ſ. de pur. ca. cū in iuuē tute. j. de reli. do. c. i. j. de conceſ. preben. deteſtāda. ⁊ ideo locū hꝫ ipſoꝝ reuocatio. ut hic. xxxv. q. ix. ſententiā. de re iud. cū oliꝫ. ⁊ nō ꝙ dixit ambitioſam. q2 eſt importunitas ambitioſa. ut hic. ut cū petitur qꝺ tendit ad noxā. eſt ⁊ nō ambitioſa. ut cū importune opportune petitur. quod eſt precibꝰ impetrādū. de pe. di. i. importuna. c. di. pallium. j. de ap. ab eo cum ſi.

a ¶ Perpetuas. i. donec vixerint ſic. j. ꝺ ca. mo. c. i. ff. ꝓ ſoc. l. i. ⁊ facit qꝺ dixi. ſ. e. ſi gratioſe. tpales ꝗ puta vſq̨ ad quinquennium uel ſimile tempꝰ reuocare non ſunt. Sed qd dices ſi cōceſſa fuit indulgentia que poſſꝫ eſſe perpetua puta donec erit in ſeruitio talis principis uel ſimilis. dicunt quidam talem indulgentiā non reuocatā. q2 qꝺ expſſe non mutatur ⁊c. C. ꝺ ap. precipimꝰ ſed contrariū credo ⁊ puto hic caſū nonne ſi habeo indulgentiā donec in ſcholis fuero dicit̄ hic perpetua. ⁊ ſufficit ꝙ indulgentia poſſit eſſe perpetua ff. de condi. inde. l. ſufficit. ⁊ quod no. de ſolu. c. ul. in glo. i. in fi. Jo.

nonnulli predeceſſores nr̄i romani pon. indulgẽtias ꝑpetuas[a] multis[b] conceſſimus de percipiẽdis fructibus[c] bn̄ficioꝝ ſuoꝝ[d] diſtributionibꝰ[e] quotidianis dūtaxat exceptis[f] ſiue in ſcholis[g] eſſent ſiue in eccleſiarū ſuarum altera[h] reſiderẽt. aut in romana[i] curia morā traherẽt ſeu alio[k] certo loco. uel etiā vbicunq̨[l] ex quo inſolẽtie oriunt̄ uagādi[m] et diſſolutiōis[n] preparat̄ materia. minuitur cultus diuinus. quē deſideramus augeri[o]. ⁊ officiū plerunq̨ ꝓpter quod bn̄ficiū eccleſiaſticū dat̄[p] omittit̄. nos uolẽtes emēdar̄[q] preterita ⁊ quantū[r] poſſumꝰ aduerſus futura cauere[s]: oēs huiuſmodi ⁊ ſimiles indulgẽtias[t] pſonis nō eccleſijs uel dignitatibꝰ[u] datas penitus reuocamꝰ: ⁊ eaꝝ[x] conceſſionē nr̄is uolumꝰ exulare tpibus[y] quod q̨ nob̄ licere nō patimur. nr̄is ſucceſſoribꝰ iudicamꝰ[z]

Boni. viij.

## De Conſuetudine

Conſuetudinem[⁊] quā in ueſtra eccleſia ſeruatā aſſeritiſ tanto tempore ꝙ in contrarium memoria non[ꝯ] exiſtit. uidelicet ꝙ ipſius eccleſie canonici duos perſonatus aut duas dignitateſ uel ꝑpoſituras[ꝝ] ſeu adminiſtrationes aut duo officia[a]. uel eorum alterum[b] cum reliquo inſimul ⁊ prebendam poſſint in ea[c] licite[d] abſq̨ diſpenſatione ſedis apoſtolice[e] obtinere. corruptelam cum ſacris ſit inimica canonibus[f]. ⁊ de ambitionis[g] radice proceſſerit. merito reputantes eam auctoritate apoſtolica reprobamus. uoſq̨ ad ipſiꝰ obſeruantiam etiam ſi iuramento[h] firmata extiterit. cum iuramentū iniquitatis vinculum[i] non exiſtat. decernimus non teneri ſtatuẽtes. ut cum vnum officiū[k] vix digne ualeat aliquiſ adimplere nulli liceat de cetero niſi vnicum[l] perſonatū uel dignitatē aut prepoſiturā ſiue adminiſtrationem uel officium perpetuum. quocunq̨ nomine[m] cenſeantur cū prebēda inſimul. abſq̨ diſpēſatione dicte ſedis in eadē eccleſia obtinere. uel iam obtenta[n] tenere. quod ſi a quoquā ſecus pre

b ¶ Multis. reuocari ergo debebat. quia tendebat ad noxam. ſ. de deci. ex multiplici. ſuggeſtum. ⁊ facit ad hunc caſum. ſ. de cle. non re. cum ad hoc ſint. Jo. an.

c ¶ Fructibus. qui de iure cōmuni tantū reſidentibꝰ dari debent. ſ. de cle. non reſid. per totum. de ꝯſuetudine tn̄ poteſt induci contrarium uel de ſpeciali ſtatuto. ſ. de conſti. cum omnes.

d ¶ Beneficiorum ſuorum. pretextu huius indulgẽtie que ambitioſa eſt. fructus ſolū illorum bn̄ficiorum que canonice obtinēt poterunt percipere. ſ. e. ſi gratioſe. §. ul.

e ¶ Diſtributionibus. que interdū manualia bn̄ficia. interdū victualia nuncupant̄. de cle. non reſi. decetero. j. e. li. e. ti. c. vno. ⁊. ſ. de p̄ben. licet. Jo. an.

f ¶ Exceptis. iſta non dantur etiā ſtudentibꝰ in theologia. ſ. ꝺ p̄bē. lꝫ. nec his q ſūt in ſuitio ep̄i uel dn̄i pape. de cle. non re. decetero. ⁊ c. cū dilectus. ut ibi no. nec dn̄t he diſtributiones dari etiā p̄ſentibꝰ qui diuinis non interſunt officijs. nec valet conſuetudo in ꝯrium. ⁊ qui pcipiunt ad reſtitutionē tenent̄. j. de cle. non reſi. c. vno.

g ¶ In ſcholis eſſent. ut legendi ⁊ proficiendi eis opportunitas ꝯcedatur in honorē ⁊ augmentū vniuerſalis eccleſie. q̄ viris litteratis pmaxime noſcitur indigere. ſ. de mgr̄is. c. i. ⁊ p totū. ⁊. j. de elec. cū ex eo. ⁊ non ſolū papa. ſed etiā inferiores p̄lati dant clerico licentiā ſe ob has cauſas abſentandi. ⁊ hoc videtur her. intelligere de ep̄is ut no. de cle. non reſi. int̄ q̄ttuor. Inno. ⁊ Hoſti. intelligunt h̄ etiā de inferioribꝰ p̄la. ꝑ decre. e. ti. relatū. ibi p̄latoꝝ ſuoꝝ ⁊c. diſpenſationē aūt de qua loquit̄ decre. de elec. cū ex eo. dico ꝙ ſoli ep̄i ⁊ ipſorum ſuperiores facere pn̄t. cū de eis ſolis caueat̄ ibidē. ⁊ ibi dicā.

h ¶ Altera. cū eas obtinēt ex diſpēſatione. uel ſunt tales eccleſie q̄ ſimul poſſunt de iure teneri. qꝺ dic ut dixi. ſ. e. gratia. Jo. an.

i ¶ Romana curia. q̄ hodie hꝫ p̄uilegia ſtudij. ut. j. de priuil. c. ij. per quā decre. etiā videt̄ ꝙ hi qui ſunt in ſtudio de iure cōmuni poſſēt percipere fructus ſuoꝝ beneficiorum. quod non eſt verum ſꝫ illud intellige. ut ibi dicam. Jo. an.

k ¶ Alio certo loco. puta q2 in indulgẽtia dr̄ ꝙ ꝑpetuo. donec in domicilio ſuo habitauerint. fructus percipere poſſint.

l ¶ Vbicunq̨. q2 ſic generaliter ſe hꝫ indulgentia. io. an.

m ¶ Vagandi. quod facere non dn̄t clerici. lxvi. di. clericū: nā ⁊ per horam ab eccleſia non debent abeſſe. ut. xcij. di. c. vlt.

n ¶ Diſſolutionis. que moribus ⁊ habitu eſt in clericis amputanda xxiiij. di. qui ep̄us. ⁊. c. ſe. xxi. q. iiij. c. i. ⁊ per totum de ui. ⁊ hone. cle. clerici. ⁊. j. de preben. cum ſingula.

o ¶ Augeri. ſ. de conſti. c. pe.

p ¶ Datur. vnde priuatus officio ⁊ bn̄ficio p̄uatus intelligitur. cum ſit eiꝰ ſeq̄la lxxxi. di. eos. ⁊. c. ſi quis ſacerdotum. xxxij. di. preter hec. ⁊ ibi de hoc. ⁊. ſ. de cle. ex. mi. latores. de ap. paſtoralis cum ſi. Jo. an.

q ¶ Emendare. xxxv. q. ix. ſententiā. de re iud. cum olim. xxij. q. iiij. magne de ap. cū ceſſante. de ſen. ex. ſacro. ⁊ in auten. de nup. circa p̄n. colla. i. ibi imperator. Non erubeſcimꝰ. ſi quid melius hoꝝ que prius ipſi dixiꝰ adinueniamꝰ competentē prioribus imponere correctionem. ne ab alijs corrigi expectemus. ad idem de accu. q̄lit̄ ⁊ q̄n. i.

r ¶ Quantū poſſumus. ſi. ſ. in proemio huius li.

s ¶ Cauere. nota futura precauēda. xxxiij. di. in noīe dn̄i. ꝺ procu. c. i. de fer. non or. ca. i. ⁊ exempla p̄ſentia ⁊c. lxxij. plurimos. ff. loca. ſi quis domum. §. i. Jo. an.

t ¶ Indulgentias. perpetuas ſ. nā de his. ſ. dixerat.

u ¶ Vel dignitatibus. ſi ꝗ dignitati uel eccleſie datum eēt tale priuilegiū ꝑ hanc decre. reuocatā non eſt. ⁊ potuit eē ratio. quia non tantus fauor perſonis debet̄ ſicut dignitatibus uel eccleſijs. de electio. cū nobis olim i fi. cū ſimilibꝰ

x ¶ Et earum. ꝓuidit huc uſq̨ circa preterita. nunc cauet circa futura.

y ¶ Temporibꝰ. Quid ſi tales indulgentias de nouo concedat valent. quia non potuit ſibi legem imponere a qua ſibi non liceret recedere. ad hoc ff. de leg. iij. l. ſi quis in prin. ff. pro ſocio cū duobus. §. papinianꝰ in fi. ⁊ p̄mā ꝯſtitutionē tollit ꝑ ſcꝺam. lꝫ ꝺ ipa nō faciat mentiōē. ſ. e. ti. ꝓx. lꝫ.

z ¶ Iudicamus. ſi. C. de legi. digna vox. indicare potuit. ſed non legē imponere. q2 par i parē non hꝫ imperiū. ſ. de elec. innotuit cū ſuis ꝯcor.

⁊ ¶ Conſuetudinē. ꝑtextu ꝯſuetudinis etiā iurate uel quātocūq̨ tpe obſeruate non pōt qs niſi vnicū perſonatū dignitatē uel aliud ꝑpetuum officiū ſimul cū canonia ⁊ p̄benda in aliq̄ eccleſia abſq̨ diſpēſatione ſedis apoſto. obtinere uel iā obtēta tenere. ⁊ ꝯ preſumptū irritū eſt omnino.

ꝯ ¶ Nō exiſtit. ſi. ſ. de ver. ſig. ſup quibuſdā. ⁊ ſi ꝯſuetudo iſta alias legittima fuiſſet nō eſſet neceſſe in ea titulū oſtēdere. j. de p̄ſcrip. c. i. vr̄ eniꝫ ꝯſuetudo talis ius inducere. ff de aq̄ plu. arcen. l. i. §. i. Sꝫ cū cōſuetudo talis corruptela ſit. longitudo tanti tpis non prodeſt. ⁊ eſt ſi. j. c. ꝓx.

ꝝ ¶ Prepoſituras. certa dignitas in eccleſia. licet alias omnes qui preſunt ꝑpoſiti dicantur. ſ. de verbo. ſigni. q̄uis.

a ¶ Officia. perpetua. ut. j. ſequitur.

b ¶ Alterū cū reliquo. i. dignitate cū perſonatu uel ꝑpoſitura uel adminiſtratione uel officio perpetuo inſimul cū prebenda prout ſtatim ſequitur.

c ¶ In ea. eadem eccleſia.

d ¶ Licite. xxij. q. ij. faciat.

e ¶ Sedis apo. Nota caſum in quo ſolus papa diſpēſat. duos ſimiles habes j. de preben. cū ſingula.

f ¶ Canonibus. lxx. di. ſanctoꝝ. de ꝯceſ. preben. litteras. ⁊ h̄ idem dicebat cōſtitutio vrbani que incipiebat prouiſionis. vnde tracta fuit decre. iſta.

g ¶ Ambitionis. ſ. de p̄ben. q2 in tantū. de elec. dudū. ij.

h ¶ Iuramento. ſpeciali uel generali non curo. quia ſi ſpecialiter iuraret hāc conſuetudinē expreſſe ſeruare fuit iuramentū temerariū ⁊ non ſeruandū. ⁊ de eo qui iurauit poſſet ⁊ deberet imponi penitentia. de iureiu. ſicut ſi generaliter iurauit ſe ſeruatuꝝ conſuetudines ipſius eccleſie. iuramentū iſtud ad poſſibilia ⁊ licita tantum extenditur. ut. j. de iureiu. c. i. io. an.

i ¶ Vinculū. i. vinculans vel obligans in iniquitate. ⁊ concor. xxij. q. iiij. inter cetera. ſ. de iureiur. quanto. ⁊. j. de iureiu. c. i. io. an.

k ¶ Vnū officiū. ꝯcor. lxxxix. di. ſingula. ſ. de here. cū ex iniuncto. ⁊. j. ꝺ p̄bē. cū ſingula. q̄ ponit ſimilē caſū ⁊ ē ſi. ſ. de cele. miſ. referēte. ꝺ ꝯſe. di. i. ſufficit.

l ¶ Niſi vnicū. ꝗ videtur ꝙ de diſpēſatione inferioris a papa vnicū pſonatū uel officiū cū canonicatu ⁊ p̄benda poſſit habere. ⁊ ſic poſſet approbari illa oppinio poſita ꝑ her. de ꝯceſ. p̄ben. litteras in fi. vl. glo. ⁊ idē credo ſi h̄ eſſet de ſtatuto uel ꝯſuetudine eccleſie. ſ. de reſcrip. eā te. ibi erat idē archidi. ⁊ canonicus. ad idē. j. de p̄ben. quia ſepe. ſ. de ꝯceſ. p̄bē. poſtulaſtis. j. ꝺ ap. a collatione. ⁊. j. de p̄ben. cum in eccleſia. in quibus habes ꝙ epiſcopus p̄bēdarius ⁊ canonicus ē in eccleſia.

m ¶ Quocunq̨ noīe. vn̄ ꝑ hoc etiā camerlangariam uel miſſariam uel iconomatū perpetuum credo prohibitum. io. an.

n ¶ Vel iam obtenta. quid ergo de obtētis. quero quid retinere ⁊ quid dimittere poterit: videtur ꝙ ſibi detur optio. ar. ſ. de p̄bē. referēte. ⁊. c. p̄terea. et melius. j. de preben. cum ſingula. §. i. uel dicatur ꝙ ſecundo adeptū retinere

poterit: ⁊ non primum cum vacauerit primū ipſo iure per predictā decre. de concef. preb. lras. ad decre. cū ſingula. dici poſſet ꝙ in alio caſu loqr̄. io. an.

a ¶ Omnino. ut poſſumus dicere ꝙ oībus careat. qui oīa illicita ꝯcupiuit facit ſ. de tranſla. licet. ⁊ c. quāto. ⁊ meliꝰ. j. de pbē. cū ſingula. i. riſo. i fi. io. an.

b ¶ Non putamꝰ. nō valet ꝯſuetudo ꝙ de officiali epī ad epum appelletur.

c ¶ Quantocunqꝫ. etiā ſi in ꝯriū ñ ſit memoria. ſ. c. ꝓx. io.

d ¶ De facto. bñ dicit quia de iure non. ut. j. dicam.

e ¶ Officiali. generali. ſ. ſecꝰ enim. ſi delegatꝰ eſſet ad cāꝫ ſpālem ab epo. quia tunc ad ipſum epum appellari deberet. de of. dele. ſup queſtionū de appel. dilecti. ⁊ ibi ð hoc. ff. quis ⁊ a quo ap. ſit. l. i. ⁊ reprobata eſt ꝑ iſtud ⁊ glo. gof. qui no. in ſumma de offi. vi. §. item dubitari. ꝙ de officiali epiſcopi debet ad epum appellari. ⁊ adde qđ dicam. j. ð ap. romana. i. rñ. ⁊ reprobata eſt glo. ber. poſita in ipſo. c. dilecti filij ꝑor ð appel. vbi dicebat ꝙ de ꝯſuetudine poterat induci ꝙ de officiali ad epum appellaretur ſicut inducitur ex ea. ꝙ omiſſo medio appellaretur ad ſuperiorē. ⁊ idē dicebat hoſti. j. de ap. romana. i. rñ. ⁊ eadē rōne. ſed falſuꝫ eſt ut hic vides. ⁊ poteſt eſſe ratio q̄r appellatio eſt de minori iudice ad maiorē ꝓuocatio. ut no. ſumiſte gof. ⁊ alij in ti. de ap. ſed hic non prouocabatur ad maioreꝫ ſed ad pareꝫ uel eundē. ut hic vides. patet ergo ex ipſius appellatiōis deſcriptione ꝙ hic appellatio dici non poteſt. vnde conſuetudine induci nō poterit id propter quod appellationis ſubſtantia deſcriptione mutetur. ex qua ratione ſequitur ꝙ nō valeret ꝯſuetudo ꝙ ad minorē appellaretur. ſicut vides in ſimili. quia ñ valet pactum factū in p̄cario. ꝑ qđ ipſius p̄carij natura mutetur. ut ſi vſqꝫ ad certum tempus detur. etiā añ tēpus reuocabitur. ff. de p̄ca. l. cum precario. Preterea licet interlocutoriam ſuam iudex reuocet. diffinitiuam tñ nō. quod dic ut nō de ap. cum ceſſante. cum ḡ officialis ſententia ſit epī. nō mirū ſi ipſe adiri nō poteſt. ⁊ nō ob. ꝙ ꝑ ꝯſuetudinem pōt appellari omiſſo medio. quia appellare gradatim nō eſt de ſubſtantialibꝰ appellationis ſed de circumſtantijs. vñ appellatur ad papam ⁊ ad legatū omiſſo medio. ⁊ circūſtantie ꝯtractuum ꝑ pactum tolli poſſunt. ſ. de cōmo. c. vno. de depo. bona fides. ſic ⁊ iſta circumſtantia per ꝯſuetudinem. ut predicta decre. ro.

f ¶ Ab eodē ad ſeipm. i. de officiali ad officialē. uel veriꝰ de epo ad epum.

g ¶ Auditorium. j. de ap. romana. i. reſpōſo.

h ¶ Utriuſqꝫ. epiſcopi ⁊ officialis.

i ¶ Videatur. v̄. j. de ap. a collatiōe. vbi de epo ad eundē epum appellat̄. So. nō eſt idē ꝯſiſtorium epī inquantū eſt canonicus ⁊ eius inquantum eſt epus ⁊ ideo ſi collationi interfuit ut canonicꝰ ad euꝫ bene poterit appellari. ut ibi. ⁊ eodem modo reſponderi poteſt ad iura per ber. inducta in ſupradicta glo. Item nō ꝙ licet ſit idem ꝯſiſtorium epī ⁊ eius officialis. ita ꝙ nō non appellatur de officiali ad epum. tñ ſi officialis epī recuſatur ſuſpitionis cā coram epo eſt probanda. j. de offi. dele. ſi ꝯ vnum in fi. vnde licet dicamus ꝙ appellatio ⁊ recuſatio paria ſunt. non eſt veruꝫ per omnia. ut recitari ſolet. ſ. ð ap. ſuper eo. ij. vnde in recuſatione recurritur ad parem. ⁊ obtinet etiam in delegatis datis cum clauſula. ꝙ ſi non omnes ut in eadē decre. ſi ꝯ in prin.

k ¶ Non eſt. valet ꝯſuetudo preſcripta. ꝙ epiſcopus in inquirendo puniēdo ⁊ corrigendo ſubditoꝝ exceſſus ſui capituli ꝯſilium requirere non teneatur. ⁊ corrigit̄. qđ no. ꝑ hoſti. ſ. de his que fi. a prela. ſine conſen. ca. nouit. ⁊ c. canoſcitur in fi. io. an.

l ¶ Preſcripta. ſup h̄ vide qđ no. de ꝯſuetudine. c. ul. ⁊. viij. di. fruſtra.

m ¶ Canonice. ſ. cum bona fide ⁊ titulo. qđ dic. ⁊. j. de preſcrip. c. i.

n ¶ Conſuetudo. que deſcribitur eſſe ius quoddam moribus inſtitutum. qđ pro lege ſuſcipitur cum deficit lex. i. di. conſuetudo.

o ¶ Quā allegat. ⁊ ꝓbat ei. n. non credit̄ lꝫ epo ſit. vi. q. ij. ſi tantū. ⁊ c. placuit.

p ¶ Corrigendis. iſta oīa generali demandatione epī non tranſeunt in officialem. j. de offi. vi. c. ij. nec beneficiorum collatio. e. ti. c. vl.

q ¶ Exceſſibꝰ. ad quos corrigendos proceditur multis modis. ut. ſ. de ſimo. licet hely. io. an.

r ¶ Teneatur. ad qđ alias tenetur de iure cōi. xv. q. vij. epiſcopus nullius de exceſ. p̄la. c. i. alias irrita eſſet ſententia ſua. ut ibi. ⁊ in. c. epiſcopus. ⁊ cōcor. de his que fi. a prela. nouit. ⁊ c. quanto. de talibꝰ ſenioribꝰ intelligit̄. de accu. qualiter. ij. ð ſi. lꝫ heli. xv. q. vij. ſiquid. lxxxvi. di. ſiquid. ⁊ hic adde quod no. xv. q. vij. epiſcopus. de offi. ordi. c. irrefragabili.

ſ ¶ Cum in tua eccleſia. Per reſcriptū apoſtolicum quo de prebenda ꝓmo vacatura mādabatur alicui prouideri. laudabilis illius eccleſie ꝯſuetudo nō tollitur. hinc eſt ꝙ ſi ibi eſt ꝯſuetudo. ꝙ antiquiores canonici vacātes p̄bendas poſſint aptare gradatim. illo non obſtante mādato poterit antiquior vacantem optare prebendā. ⁊ expectatis per. xx. dies optare volentibꝰ executor de non optata prouidebit eidem. ſi aūt prebendam vacantem in curia papa conferet. tunc illam antiquior optare non poterit. io. an.

t ¶ Tua. in boñ. eſt talis conſuetudo. ⁊ in multis alijs eccleſijs.

ſūptū fuerit. irritū ſit oīno[a]. Idē. Non putamus[b] illā ꝯſuetudinē quātocūqꝫ[c] tpe de facto[d] ſuata ꝑſona rōni ꝙ ab officiali[e] epiſcopi ad eūdē epiſcopū ualeat appellari ne ab eodē[f] ad ſeipſū. cuꝫ ſit idē auditoriū[g] utriuſqꝫ[h] appellatio interpoſita uideatur[i]. Idem. Non eſt[k]. dū tñ alias ſit preſcripta[l] canonice[m] ꝯſuetudo[n] quā allegat[o] epiſcopꝰ reprobāda. ꝙ in inquirendis puniēdis ⁊ corrigēdis[p] ſubditorum exceſſibꝰ[q] ꝯſiliū ſui capituli requirere minime teneat̄[r]. Idem. Cum[ſ] in tua[t] eccleſia in qua cōſuetudo[u] habetur ꝙ antiquiores[x] canonici gradatim[y] meliores[z] ſi uoluerint poſſint cum uacant[⁊] per ſe uel per alios[ꝯ] optare prebendas. prouideri mandamꝰ alicui de prebenda nulli alij de iure[ꝝ] debita ꝓximo[a] inibi uacatura. huiuſmodi non obſtante mandato[b] poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare. cum prebenda uacabit. et illa que optata non fuerit[c]. ſi nulli[d] ſit debita. erit illi ꝑ quo ſcripſimus conferenda. In prebendis uero apud ſedeꝫ apoſtolicā uacantibus[e] cum de ipſis ꝑ romanum pontificem ordinatur[f]

u ¶ Conſuetudo. nō ſimpliciter dixit conſuetudo. non dixit preſcripta. nota igitur ꝙ vbi conſuetudo rationabilis eſt. ⁊ non cōtra ius ſufficit ſi ſit lōgeua. lꝫ. xl. annis p̄ſcripta non ſit. vnde dixit io. tunc ſufficere ſpacium. x. annoꝝ. hoc nō. xij. di. cōſuetudo. ⁊ facit ꝓ his que no. inno. ⁊ hoſti. ſ. e. ti. c. ul. ⁊ compoſ. ideꝫ in ꝓma glo. vbi dicit ſic iudicatū fuiſſe per papā in mediol. eccleſia in qua erat cōſuetudo ſeruata. xxv. annis. ꝙ antiquior canonicꝰ poſſet mutare domuꝫ. ⁊ ꝓnunciauit papa illam valere. lꝫ. xl. ānis p̄ſcripta non eſſet. Si. n. papa hic putaſſet preſcriptionē requiri. ita hic addidiſſet. ut. ſ. addidit. c. ꝓx. Iſta vero cōſuetudo innititur rōni ⁊ equitati iuris ut pꝫ in glo. ſe. ⁊ qđ hic dicit de conſuetudine. puto verū etiaꝫ i ſtatuto. ad h. ſ. e. li. de conſti. c. i. ⁊. quod ibi dixi.

x ¶ Antiquiores. non etate ſed tempore quo in eccleſia militauerūt et idem ſi eſſet conſuetudo de antiquioribus etate. uel maioribus ordine. uel aliam equitatem continens. ⁊ nota ꝙ conſuetudo iſta innititur equitati canonice. que vult antiquiores preferre canonicos. ad hoc. lxi. di. quid ꝓderit. ⁊ c. ſe. ad fi. ⁊. lxxiiij. di. epoꝝ. cū ſi.

y ¶ Gradatim. ſcilicet ꝙ primo antiquior mutare poſſit. ⁊ ſi mutare noluerit primus. poterit mutare ſecundus. ⁊ nolente ſecundo tertius. ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ hoc vult dicere. io. an.

z ¶ Meliores. non enim minores optare volunt. de cle. non reſi. c. i. nec vult quis iactare pecunias ſuas. ff. de proba. cum de indebito ⁊ nota ꝙ in prebendis diſtinctis nō reprobatur imparitas. vt vna ſit melior altera. ⁊ facit ad ea que no. de maio. ⁊ obe. ſtatuimus. qđ ſi in tali eccleſia minorem magis forte ex cauſa ſibi gratam mutare velit ⁊ optare antiquior canonicus. nunquid poterit: videtur ꝙ nō j. de preben. cui non ſacerdotali. contrarium credo. quia per fauore ⁊c̄. j. de reg. iu. quod ob gratiam. C. de legi. quod fauore. ff. de legi. nulla iuris ratio in fi. ⁊ ar. ff. de vſu ⁊ habi. l. vlti. ⁊ ſatiſfactū creditori intelligitur quomodocunqꝫ ſatiſfiat ad decre. cui de non. dico illud in mandato ſpeciale cuius formam tranſgredi non licet. ut ibi patet. alias regulariter contra. quia cui licet plus ⁊ minus. j. de re iudi. cui licet cum concor. ſuis.

⁊ ¶ Cum vacant. nō vacantes ergo optare uel acceptare non pōt. ſed hoc quia conſuetudo id non habet. idem enim de non vacantibus crederem. ſi conſuetudo eſſet eadem ratione.

ꝯ ¶ Vel alios. hic enim ineſt regula. ꝙ id poteſt quis per alium qđ per ſe. j. de reg. iu. poteſt quis cuꝫ ſuis concor. de hoc tamen dic ut ibi dixi.

ꝝ ¶ De iure debita. per hoc ſatis patet quod fieri mutatio. conſuetudo enim eſt ius quoddam. ut. ſ. dixi. ſed de conſuetudine debet̄ hec prebenda antiquiori. qui mutare voluerit. ergo de iure. non igitur eſt de iure hec prebenda debita impetranti ſed alia non optata ut. j. papa reſpondet. ⁊ hoc idem probabatur olim per decre. de cōceſ. preben. ex parte. in fi.

a ¶ Proximo. ⁊ ſi non adijceretur de proxima intelligendum eſſet. alias qua ratione de ſecunda ⁊ tertia. ⁊ ſic de ſingulis. probatur h̄ ff. de verbo. obli. cum qui calendis.

b ¶ Mandato. quo mandatur tibi prouideri de preben. ⁊c̄.

c ¶ Non fuerit. ex quo enim vacat p̄bēda. neceſſe eſt vnam remanere non optatam. de illa igitur ꝓuideatur impetranti.

d ¶ Nulli. puta priori tpe impetrationis. ſ. ti. ꝓx. tibi. ⁊. j. de prebē. enim cui. ⁊ c. ſi poſtq̄. io. an.

e ¶ Vacantibus. iſte olim de conſuetudine conferebantur a papa. de accu. accedens. hodie vero de iure communi ſedes apoſtolica illa confert. j. de preben. licet. ⁊ de quibus beneficijs uel prebendis intelligantur. dic ut. e. ti. preſenti ⁊. c. ſe.

f ¶ Ordinatur. ſed quare dicit hoc cum alius de ipſis ordinare non poſſit. ut dixi. ſ. in glo. ꝓxi. dico ꝙ interdum per alios de talibus ordinatur puta cum papa de ipſis non prouidit infra menſeꝫ. ut. j. de preben. ſtatutum. ⁊ tunc non haberet locum. v̄. iſte: cum locum ſolum habeat cum papa prouidit. ut patet per litteras. Sed pone de ſpeciali poteſtate tributa a domino papa quia generalis non ſufficit. ut in predicta decretali. licet. collata eſt per alium talis prebēda. nunquid locum habebit iſte. v̄. ⁊ dico ꝙ ſic. argu. ſ. e. verbo per ſe vel ꝑ alios. ut. j. de reg. iu. qui facit. cum ſuis ꝯcor. hoc optime ꝓbatur. j. de prebē. hi qui. ⁊. ſ. ti. ꝓx. cum aliquibus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

a ¶ Predicte ɔſuetudini.qꝛ.ſ.antigoꝛ ſtato gradu mutare ñ poterit
b ¶ Prouiſiones. prebendarū qꝛ canonicatus collatus erat per papam.uel per executorem auctoritate pape.uel conferri poteſt.
c ¶ Prouiſionibus.erant ergo dati ad prouidendum uel forte ad cōpellendum tantum.ut.j.dicam.
d ¶ Xx.dies.ſimilis dilatio temporis.j. de elec.c.i.⁊.c.cupientes. ⁊ credo hoc tempus currere a tempore ſcientie.j. de conceſ. preben. qꝛ diuerſitatē cū ſi.
e ¶ Dūtarat. credo ꝙ lrā iſta loquatur de omnibus optarī volentibus ſicut in plurali prolata eſt. vñ non ſolum primus antiquior.ſed ⁊ ſecundus ⁊ tertiꝰ ⁊ quartus. ⁊ ſic de ſingulis inter oēs ſolos.xx.dieſ habebunt.ſi.n.contrarium diceremꝰ.iaꝫ ſe queretur ꝙ ſi viginti eſſent canonici.⁊ oēs deberent.xx.dies habere. iam haberēt annū ⁊ vltra. quod eſſet abſurdū ⁊ ɔ̄ mentē iſtius decret. que in plurali dicit volentes. ⁊ dicit duntaxat. ⁊ ſm hoc antiquior optare nolens impediet alios.qꝛ non optabit infra.xx.dies.nec alij poterunt ante ipſuꝫ optare.⁊ ſic erit caſus quo quis punitur ſine culpa.ſꝫ non ſine cā.j.de reg.iur. ſine culpa.vel eſt in culpa.quia capitulū poterat ipſi antiquiori ſtatuere terminū.puta duoꝝ dierū ad mutandū uel optandū.⁊ ſic locus daretur ſequentibꝰ.⁊ ſic de ſingulis.⁊ ſi hoc nō fecit ſibi imputet.fiet.n.prouiſio in non optata.⁊ ſi de expreſſa voluntate canonicorum apparet ꝙ mutare nolunt.non habebit neceſſe per hos dieſ expectare.in eoꝝ.n.fauorem.eſt hec dilatio inducta.vnde ei renunciare poſſunt.⁊ facit quod dixi in glo.non enim.

locus predicte ɔſuetudini nō exiſtit ¶ Ne aūt pretextu eiuſdē ɔſuetudinis ꝓuiſiones auctoritate ap. faciēde ultra debitū differanī. ſtatuimꝰ ut executores ſup ipſis ꝓuiſionibus deputati optare volētes p.xx.dies dūtaxat expectent. quibus elapſis libere in nō optanī ad exequēda ſibi mādata procedant prefata ɔſuetudine non obſtante.

**Bonifa. viij.**

## De poſtulatione prelatorum.

Perpetuo prohibemꝰ edicto: ne ſub aliqua ex his formis quas ꝑniciosa curioſitas adinuenit. eligo poſtulādo. ⁊ poſtulo eligendo. aut eligo poſtulandum ſeu poſtulo eligendū. cuꝫ nec uera electio nec uera poſtulatio reſultet ex ipſis. qui ſibi potiꝰ inuicē aduerſenī. aut ſub illis uerbis eligo in poſtulandū. uel poſtulo in eligendum. cū rem imperfectam ſignificare noſcantur. ad faciendas ſignificationes uel poſtulationes decetero procedatur. ſi ſecus actū fuerit eoipſo irritū decernentes. Sub ea etiā forma eligo ⁊ poſtulo, ꝓut poteſt melius de iure ualere. cū incertitudinē cōtineat. quenquā poſtulari uel eligi ꝓhibemus ſtatuentes. quod contra factum fuerit uiribꝰ omnino carere niſi qñ ꝓbabiliter dubitatur utrū quis ſit eligendus uel potiꝰ poſtulandus. quo caſu is qui poſtulatuſ fuerit ⁊ electus. conſenſus tpe uiā electiōis uel poſtulationis. ne in incerto uagetur eligere neceſſario teneaī: redeundi ad aliā poſtquā vnā elegerit ſibi licētia penitus interdicta. ¶ Ino.iii.i ɔcil.ge.lug.

## De electione ⁊ electi poteſtate.

Statuimus ut ſiquis electionem poſtulationem uel prouiſionem factam impugnat

Si tibi cōceſſo[h] a nobis ut fru ctus[i] beneficiorum que uſqꝫ ad cer tum tempus in tua uacabūt dioce. percipere ualeas, ꝓ ſoluēdis debi tis[k] quibus eſt tua eccleſia onerata[l] beneficium uacans poſtmoduꝫ cu rā habēs animaruꝫ annexaꝫ alicui ſimile beneficium obtinēti te[m] con ferre cōtingat: equū ē ut quandiu fructus ipſius perceperis primuꝫ nō debeat reputari uacare[n]. Idē.

Qui de non[o] ſacerdotali[p] pre benda prouideri mandatur ſibi etiam uolenti ſacerdotalis au ctoritate mandati huiuſmodi ꝯfer ri nequibit. Similiter ſi in eccleſia in qua integre ac dimidie[q] preben de habentur: mandetur integra[r] cō ferri prebenda: quāquam ille pro quo ſcriptū extitit dimidia uelit eē contentus: ei de ipſa non poterit ꝓ uideri[s]. Idem cum iiungitur pro uideri alicui de prebenda[t] certi ua loris: ut in prebenda minoris ua loris etiam illo uolente mandatuꝫ non poſſit adimpleri: non eniꝫ hu iuſmodi mandata: quorum fines diligenter[u] ſeruari oportet: debēt ad caſus alios quam expreſſos ex tendi. Idem.

Licet[x] epiſcopus[y] beneficium

a Dictum tempus.ſ.x.dierum.

b Elegerit.tunc ergo det quā vult ⁊ ſit liberatus.ut.ff.mahda.l. fideiuſſorē ff.de le.i.ſiquis a filio.§.ſiquis plures.C.de donat.ſiquis argentum.§.i.Et no.ꝙ in iſto caſu et.ſ.prox.reſeruatur optio.tunc ſolum quādo eſt equalitas vt tunc in primo caſu eligat is pro quo ſcribitur.i ſecundo is qui conferre hꝫ vnde non puto ꝙ in primo ca ſu quando eſt inequalitas poſ ſit conferri minor.nec in ſecū do maior.perinde enim eſt ac ſi primo caſu papa expreſſiſſꝫ de maiori.ſecundo vero d mi nori.ſicut ergo ſi expreſſuꝫ eſ ſet mutari nō poſſet.j.eo.cui de non.ita nec hic cum habea tur pro expreſſo per hanc de clarationem. Jo.an.

b Elegerit.ſi.ſ.de reſcrip. duobus.

c Deuoluatur.ſi.ſ.e.li.d cō ſue.c.vlt.in fi.

d Cum i eccleſia.appro batur qd no.Hoſt.ſ.d conceſ.preben. poſtulaſtis in fi.⁊ ponit terminos in eccle cleſia ebreduneñ. habes hic caſum quo uacat ꝓbēda.⁊ nō debetur prima expectanti. ⁊ de hoc dixi.ſ.eo.quia ſepe in fi. Jo.an.

e Prebēdaruꝫ.ē ergo i eccle ſiis interdum reperire maio rem numerum prebendaruꝫ ꝙ canonicoꝝ. ut hic.⁊.ſ. de magiſtriſ.c.penul.

f Conſuetudinem. valet ta lis cōſuetudo. ut in predicta decre. poſtulaſtis.ſ. eo.li. de ap.appellatione.

g Dictam conſuetudinem. No.ar.ad queſtionem medi olañ.Conſuetudo eſt medio lañ.ꝙ archiepiſcop⁹ confert beneficia omnium clericoruꝫ vacantia per vxorationeꝫ uel interfectionem ipſorum clericoꝝ.vel pone eſt conſuetudo in aliqua eccleſia ꝙ canonicuſ electus in epm.ꝯferat canonicatum ſuum ⁊ prebendam.ē expe ctans auctoritate apoſtolica.vxoratur uel interficitur clericus.ut in primo ca ſu.uel promouetur canonic⁹ i epm vt i ſo.executor confert expectanti prebē dam.archiepiſcopus vel eps cōfert.queritur quis ſit potior.⁊ vꝛ ꝙ papa nō intendat derogare cōſuetudini vt hic.⁊ ſic non valet executoris collatio. ad hoc.ſ.de ꝯſti.c.i.Sꝫ certe ſatis credo ꝙ valeat.quia papa intēdit iſti ꝓuide ri de prima vacante.ad quencunqꝫ ſpectat collatio ſiue iure ſiue conſuetudi ne ſiue ꝓuilegio.qd probaꝛ.ſ.eo.dudum.ii.⁊.j.e.ꝙuis vbi.hic autem duo cō currebant quia infringebatur conſuetudo ⁊ augebatur numerus. ⁊ ratione connexitatis illa prebenda debetur epiſcopo.ſ.e.quia ſepe. Credo auteꝫ ſa tis probari per hanc decre.ꝙ ſi.xiii.ſunt prebende in eccleſia ⁊.xii. canonici quia alteri annexum eſt onus magiſtri:ꝙ ſi illa prebenda uacat non debeaꝛ expectanti.Conſuetudini ergo per quam prebenda alteri debeatur nō der rogatur.ſed conſuetudini per quam prebenda ad collationem alterius perti neat derogat papa vbi determinate non ſcribit ad collationeꝫ talis ad hoc.j. .e.ti.c.vlti.

h Si tibi conceſſo. per adeptioneꝫ ſecundi bñficij curati cui⁹ fructus ali us ex cauſa percipit non uacat primū.Emanauit hec decre.ad dcla rationem decre.d multa.ſ.eo.ti.

i Fructus.No.quia alia eſt iſta conceſſio ab illa quam habes.ſ.e.li.de re ſcrip.ſi gratioſe.ibi enim conceſſum fuit de beneficijs: hic autem de fructib⁹ hoc dico quia in illo caſu uirtute indulgentie ñ uacāt beneficia hic uacāt ⁊ ne ceſſe eſt illa debito tempore conferri alias locum haberet lat. conci. vt.ſ.ut hec benefici.ut noſtrum.⁊ no.de magiſtris.c.penul.in vlti.glo. ⁊ Hoſti.i de cre.ſ.de uerbo.ſigni.c.penul.⁊ intellige ꝙ ſi aliqua ſint onera incōbētia ille qui fructus percipit habet illa ſubire quod dic ut.ſ.e.li.de offi.or.preſenti.§. porro.quos autem fructus talis habere debeat ⁊ quot dies habeat annus hꝫ caſu dixi.ſ.e.li.de reſcrip.ſi propter ⁊ per illum.§.poro.ſatiſ videtur iſta de cre.⁊ eius ratio eſſe ſuperflua cum miniſter debeat expenſas habere quaꝛ ꝗ nō uacat primū ex quo de ſecundo recipit ſaltem victuꝫ. Sed potuit eē ratio quam dixi in glo. quia non eſt.

k Debitis ad ideꝫ.ſ.de uerb.ſig.c.penul.ſ.eo.li.de reſcrip.ſi propter ⁊ idē ſi propter aliam cauſam.

l Onerata ad que ſoluēda tenebatur eccleſia:ex quo nomine eccleſie ⁊ pro eius vtilitate erant contracta.ſ.de ſolutis.c.i.

m Te vel alium:quia idem iuris:cum eadem ſit ratio. ⁊ facit quod dixi.ſ. eo.titu.ſi tibi.

n Uacare.quia non eſt adhuc adeptus plene:quia licet beneficium habeat fructus nō habet .⁊ ſic nō videtur plene trāſlatus.xxii.q. ii.ſi quis iā trāſlatus.nā licet res data ſit:uacua poſſeſſio tradita nō ē.ff. de uſur.ſi ſtipulatus.i.reſo.⁊ ſic ad plenū recepiſſe nō uideꝛ.ad hꝫ.ff. ꝯmoda.li.iii.ii.reſo.⁊ idē credo de decre.cū i cūctis.ſ.ꝙ ſi elapſuꝫ eſt tempus de cōſecrādis epiſcopis:uel iā eſt cōſecratus.beneficia ꝓora tenebit:ſi fru ctus epiſcopatus al teri ex cā debeātur eadē rōe.⁊ caute fa ciet epiſcopus ꝗ ta lē indulgentiā habꝫ ſi beneficiū vacans cōferat alias bñfici ato.pone.n.ꝙ habe re debeat fructus ꝓ mi anni.primo āno habebit fructus ſe cundi beneficii ſecū do anno vacabit pri mū ⁊ tunc habebit fructus primi:ſi ad huc durat indulgē tia.ſꝫ quero nūquid iſte teneaꝛ. j.annuꝫ ꝓmoueri.⁊ videtur ꝙ nō per iſtō.c.nec videꝛ poſſeſſionem adept⁹ uſquequaqꝫ nec itegre ⁊ facit.ſ. de elec.cū i cunctis §.cū vo.⁊ hoc qdaꝫ tenēt aſſertiue Sed cōtrariū credo. ⁊ di co ꝙ hñ currit tēp⁹ exquo habet exerci cium cure animarū liberū ⁊ pacificum. ad hoc.ſ.e.li.de ele. cōmiſſa.§.i.pp illud enim ordinari debꝫ Ad decre.cum i cū ctiſ.§.cū vero.ibi ec cleſiaſticoꝝ honoꝝ adminiſtrationē ⁊c. dico ꝙ adminiſtrationē iſte habet.lꝫ fruct⁹ nō habeat.faciat ꝓ hac parte.ſ.e.li.de elec.licet canō.ibi ut gregis ſibi crediti ⁊c. Iteꝫ qd dices i parochiali eccleſia ubi nō eēt aliquis redditus. puta qꝛ dos eius caſmate vel alluuione periſſet nōne teneret rector eius ꝓmo ueri.Dicā igiꝛ ꝙ qui tale bñficiū recipit ſibi iputet.xci. di.clericus victum. Sꝫ oppones ꝙ queſtio nō ꝓcedit exquo habebat primuꝫ beneficium quod retinet ſaltē rōe primi ꝓmoueri tenetur.Dico ꝙ ꝓcedit.pone ꝙ prima eccleſia curata ſit collegiata. ut.ſ.d elec. ſta tutū e.li.uel ſuper illa fuerit diſpēſatum.uel pone ſimpliciꝛ nō fecit ſe promoueri:priuatus eſt prima.nunquid ⁊ ſecūda.unde bene ꝓ cedit qd.ſpeciale igitur ſtatuitur in hac decr.ne clerici mēdicare co gantur.ꝙ primū beneficiū ſimile non vacet.ſed ne pereant anime nihilominus promoueri tenetur.ut.ſ.dixi.

o Qui de non. Cū mādatur alicui nō ſacerdotalis vel integra vel certi valoris conferri prebēda ſacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri nō poterit.

p Non ſacerdotali.iſtud videbaꝛ in eius fauorē appoſitū.ut non ꝯpelleretur eſſe ſacerdos ⁊ tamen in eius leſionem retorqueꝛ. ita ꝙ ēt ſi volet ſacerdotalē habere non poterit.⁊ rō eſt in fi.c. ⁊ uide qd dixi.j.de re.iur.quod ob gratiam.

q Dimidie.ſi vna prebenda diuideretur in duas. quelibet per ſe diceretur integra.ſ.e.maioribus.⁊.c.vacante.ſed hic vna prebēda diuidebatur in duas.uel erant ibi prebende que ſic vocabantur in tegre ⁊ dimidie.quia medietatem reddituum forte habebāt reſpe ctu integrarum.

r Integra:quid ſi ſimpliciter mandetur prouideri de prebenda. dic ſi ille prebende dimidie ſunt diuiſe.qꝛ pars a toto iā ſeparata ñ ē pars ſed totū.tūc de dimidia poterit prouideri vt ſic aliud ſit de i tegra ſcribere ⁊ aliud ſimpliciter ſcribere .ad hoc.j.e.ti.ei cui. Sed ſi alias nulla eēt diuiſio.ſed vna prebenda diuideretur in duas .ſe cus crederem.cum tunc non de prebenda.ſed de dimidia ꝓuidereꝛ

ſ Prouideri.vade.j.non.n.⁊c.

t Prebenda.⁊ tunc in penſione prouideri non poterit.ut.ſ. c. ti. quis.i.reſo.

u Diligenter.ff.man.diligenter ⁊.ſ..de reſcrip.cum dilecta.

x Licet epiſcopus. Edita fuit ad declarationē decre.de multa ſ.e.ti.⁊ ad ꝓbationē eoꝝ que ibidē no. Inno.⁊ hoſti.⁊ que no.guil.ſ.de elec.licet canō.

y Epiſcopus.uel quilibet alius ad quem collatio ꝑtinet cum eadē

ſit rō. ⁊ conſilium indiſticte loquitur. is quoqȝ ad quē prioris decr. ⁊c. cui. verbo declaratiue venit hec decre. vt. ſ. dixi.

a Eandem. ſic. ſ. e. li. de elec. cōmiſſa. §. i.

b Conferre. Nota ex hoc textu ꝙ decre. illa. ſ. de elec. c. vlt. e. li. lȝ i cōfirmationibus locū ſibi vēdicet: non tamen i collationibus: vt vides: ꝙ ñ facta aliqua vacatiōe poteſt fieri collatio. ad idē facit. ſ. e. ti. cuȝ illis §. cū aūt. ⁊ bene dicit textus de iure cōferre. qꝛ iſtud ē regulare: ꝙ rem ad collationē meā ſpectāteȝ vel iuſ ꝙ i eo habeo donare uel quocunqȝ alio titulo i alium transferre poſſū de tentatione alterius non ob. ff. de re. iur. qui pōt. C. de heredi. vel. ven. per totū ff. de cōtrahē. emp. qui tabernaſ ad hoc ſ. e. venerabilis. ſ. ꝺ feud. c. ii. ꝺ poſſeſſione autez fiet quod ſequitur.

c Vocato. non ergo remouebit poſſeſſoꝛ a ſua poſſeſſione vel q̄ſi ſine cauſe congnitione. ex quo titulo poſſidet lȝ iniuſto. xvi. q̄one iiii. volumus. ⁊ ſic itelligatur de conceſ. preben. cū noſtris. de reſti. ſpo. in litteris. de cā poſ. c. ii. ⁊ ē expreſſū. C. de rei vē. l. fi. hic eſt ꝙ vſufructuariꝰ vſufructu finito nō pōt a quaſi poſſeſſione expelli: immo ꝯ eū agetur negatoꝛia. vel ex cautiōe de reſtituēda re p̄ſtita. ff. ſi vſufruc. pet. l. vti frui. i. rñſo. ff. vſufruc. quēadmo. ca. l. i. §. hoc autē agat ergo is cui collata ē eccleſia ut ſibi tradaꝛ poſſeſſio. in quo ꝓcedeꝛ ſummarie poſſeſſore vocato. C. ſi per vim vel alio modo. l. vlt. nemini. n. licȝ rē ēt ſuā ſua auctoꝛitate occupare. C. vnde vi ſi qſ in tantam. xvi. q. vi. placuit. ſ. e. eum qui. ii. rñſo. ad hoc. ſ. ꝺ diuoꝛ. porro. ⁊ quod hic dꝛ. idē intelligo ſm predictos doctores i oi eo caſu in quo priuatus ē quis ipſo iure. pone i terminis. ſ. de elec. lȝ canō lȝ vtilis eēt declaratio. ut dixi. e. ti. commiſſa.

d Retinēdi. vt ſi ſufficiēter ſecū diſpēſatū eēt. ſ. e. non pōt. vel ad tempus hoc cōceſſum. ut. ſ. de reſcrip. ſi gratioſe uel ex cauſa non percipit. fructus ſecūdi bñficii. ſ. e. ti. ſi tibi cōceſſo. vel habet cōmēdatam eam. ſ. de elec. nemo.

Quod cum animarum cura tenebaſ poſtquā aliud recepiſti conſimile: ac ipſius poſſeſſionem pacificaȝ habuiſti uel per te ſtetit quo minꝰ haberes eandem[a] poſſit alteri de iure conferre[b] illum tamen cui contulerit non debebit te non uocato[c] cum tibi forſan ius poſſit competeꝛ retinēdi[d] in poſſeſſionem ipſius īducere corporalem. Idem.

Si cui[e] prouideri mandatur ſimpliciter de prebenda ꝓximo uacatura ſacerdotalis[f] prebenda conferri nō pōt ſi nōdū[g] ī etate[h] tali exiſtat ꝙ poſſit ad ſacerdotium promoueri ſed aliam[i] expectare debebit. Idem

Si pauper[k] clericus cui cū beneficium nulluȝ haberet mādabatur đ beneficio iuxta ſue probitatiſ merita per epiſcopum ꝓuideri aliud antequā ſit prouiſum eidem beneficium fuerit aſſecutus prouidere[l] ſibi epiſcopus cum ceſſet cauſa[m] mādati: decetero ñ teneꝛ. Idem.

Si a ſede apoſtolica[n] uel legato ipſius uni ⁊ ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur: nec appareat[o] que collatio fuerit primo facta: erit potioꝛ conditio poſſidētis[p]. Si uero neuter[q] poſſideat is cui ſedes ipſa cōtulit uel legatus propter conferentis ampliorem prerogatiuam[r] erit alteri[ſ] preferendus. Idem.

Cum ſingula[t] officia ſint ſingulis cōmitēda perſonis[u] ⁊ diſſolutiōis ac euagatiōis materia ſit religioſis pre ceteriſ auferenda[x] preſenti prohibemus edicto: ne aliqui monachi uel religioſi alijs pluribus prioratibus[y] uel eccleſijs curaȝ habentibus animarum: etiam ſi eadem cura non per ipſos ſed per preſbyteros ad coꝝ

e Si cui ſimpliciter. hoc nō ſine myſterio dictū fuit. ſi. n. in litteris contineretur non ob. aliquibꝰ ⁊c. per q̄ effectꝰ gratie noſtre impediri valeat vel differri. hic ſecus qꝛ pȝ ꝙ papa vult ſibi prebendā dari. ordinē aūt recipiet cū etatis erit ad hoc apte. ⁊ ſuper hͦ uidi declarationē ſub bulla.

f Sacerdotalis. ex priuilegio ex ꝯſuetudine vel ſtatuto eccleſie. Jo. an.

g Nondū. ergo nō iſpicimus tēpus date: ſed tēpus vacatiōis. vt ſi tunc ē i etate bene quidē. alias ſequētē expectet ſed cōtra. ſ. eo. li. de reſcrip. ſi eo tpe. vbi nō iſpicitur tempus quo vacat bñficiū cū cura imo ſolū tps date. So. i curatis bñficiis ⁊ ipſorū impetratione maioꝛ idoneitas requiritur q̄ꝫ i ſacerdotalibus prebēdis. ſ. e. cū in illiſ de elec. ſtatutū. ⁊ iō fauoꝛabilioꝛ ē hec gratia q̄ꝫ illa. preterea hic loquitur generaliter quod genꝰ ciuiliter eſt intelligendū. ff. de ſeruit. l. ſi cui. preterea grat a illius decre. ſaltē i alia parte ē duratura. hic autem poſſet gratia i totum extingui. pone. n. ꝙ oēs prebēde ibi eſſent ſacerdotales. ſi ḡ ille q ipetrauit ſibi prouideri de beneficio cū cura. vel ſine cura. tunc non erat etatis idonee. pro ea parte qua de curato expreſſit ſūt littere vitioſe. ſi autem ſimpliciter ipetrauit ſuper primo beneficio curatum non debebitur. ſ. e. cum i illis. ſed ſecus cū ipetro ꝓuideri de prebenda ut hic vides. Jo.

h Etate. Quam dicis hic ꝯgruā etatē. Dicēdū videꝛ ꝙ etas. xxv. annoꝝ. lxxviii. di. c. i. ⁊ iii. vbi eſt expreſſuȝ. Sed hodie ſi attigerit xxv. annū ſatis ē i etate legitima: per decre. ſ. de elec. cū i cūctis. ⁊ lxxviii. vi. c. vlt. ⁊ hoc approbat cle. de eta. ⁊ quali. generalē. ⁊ nō dico hodie ſeruanda interſticia tēpoꝝ de qbꝰ habes. xxvii. di. c. ii. ⁊ iii. ⁊ per totū. Sed quid dices iā erat ſacerdos. lȝ nō eēt i etate legitima. nūquid debebitur ſibi p̄benda. videtur ꝙ nō. quia nō ē i legitima etate. quod requirit hec littera. ⁊ nō debemꝰ reſpicere quid factū ſit ⁊c. vt. ſ. de elec. cū cāȝ cū ſuis concoꝛ. Cōtra videꝛ ex quo. n. ꝓmotus ē iam quid querimus etatē ad ꝓmouēdū. recepit. n. veruȝ ordinē. de tēp. ordi. vel nō ē ꝯpos. primū credo cū tali iterdicenda ſit executio ordinis ſic ſuſcepti: ut in pre. decre. uel non ē compos. ⁊ qꝛ nō dȝ eē melioꝛ conditio eius qui deliquit. ſ. eo. cum qui.

i Aliam non ſacerdotalem. uel etiam ſacerdotalem. ſi tunc peregerit etatem idoneam. ut. ſ. dixi.

k Si pauper clericus. No. pauper. quia non ſine myſterio dictum puto ſi enim in gratia ſpeciali prouiſum ſit alicui ⁊ poſtea ante vacationē adipiſcatur aliud beneficium. non expirat gratia. hec enim decre. loquiꝛ de forma que prouidet neceſſitati pauperū que eſt iuſtitia vel q̄ ſi. de preben. cum ſecundum Prouiſione igitur facta impetranti ceſſat cauſa iuris ⁊ ſic ipſius executio. ⁊ facit. ī. e. ſi epiſcopus. i. rñſo. in fi. ibi per cuȝ vel alium ⁊c. ius enim beneficiatum non beneficiat. ſ. e. quia intantum. ⁊ hoc verū puto niſi adeptum beneficiū ſe non compateretur cum prima gratia. ſi iam haberet effectum vt in duobus curatis. ſ. e. de multa. cuȝ enim in eo caſu periret ius in re multo fortius ad rem. ī. de conceſ. preben. c. vlt. ⁊ hoc approbat cle. de reſcriptis gratie.

l Prouidere. talis forma etiam in litteris gratie non extēditur ad hoſpitalia vel loca ſimilia. ut in cle. eo. ti. per litteras.

m Cauſa mandati. ⁊ ſic ceſſabit effectus. ⁊ que erat cauſa quia nullum habebat beneficiuȝ. ⁊ ſic cauſa iuſticie potius q̄ꝫ gratie. vt. ſ. dixi. concoꝛ. de appel. cum ceſſante cum ſi. Sȝ qd dices pone: eſt illi prouiſum de vicaria nunquid per id expirabit mandatuȝ Solu. ſi vicaria eſt temporalis pone in terminis. ſ. e. li. de elec. cum. ex eo. in fi. ⁊. ī. de regula. beneficium. ſ. de ap. peruenit. ii. tunc nō expirabit mandatū quia beneficiatus non eſt cum beneficia ſint perpetua. ſed ſi vicaria eſt ppetua. ut. ſ. e. extirpande. tunc ſecus. ſ. de reſcrip. poſtulaſti.

n Si a ſede apoſtolica uel legato. itelligas de latere quia alii beneficia cōferre non poſſunt: niſi haberent ſpecialem ſuper hoc poteſtatem. ſ. de of. lega. c. i. Quid dices ſi papa cōtulit vni ⁊ legatus alteri. Dic ideȝ quod. ī. ſequitur in papa vel legato ex vna parte. ⁊ ordinario ex altera: quia eadē ratio. idē dico ſi papa vni legatus alteri ordinarius tertio contulerit. in archiepiſcopo autem ⁊ epiſcopo ⁊ ſuis ſubditis dubitatio non procedit quia ad alterum ſolum pertinebat collatio. ⁊ illa ſola valuit.

o Appareat. ſi eniȝ poſſet apparere que fuerit primo facta illa obtinebit. ut ſi probetur per teſtes de hoꝛa. uel in ipſis litteris dicitur ꝺ hoꝛa. ⁊ facit quod dixi. ſ. de reſcrip. duobus. vbi idem verbum habes.

p Poſſidentis. magnum ergo eſt poſſeſſionis commodum. C. ꝺ rei ven. l. res alienas. inſti. de interdic. §. retinende. ī. de regulis iuris in pari. cum ſuis concoꝛ.

q Neuter uel uterqȝ nec apparet quis tunc primo. idem iur. ſ. de reſcrip. duobus. ii. rñſo in prin.

r Prerogatiuam. ſic. ſ. de ma. ⁊ obe. per tuas.

ſ Alteri cui contulit ordinarius.

t Cum ſingula. Religioſus habens prioratum uel eccleſiam curatam ſi recipit ſecundum ſine licentia pape. ipſo iure vacat primum. quod ſi ſtatim non dimiſerit efficitur ineligibilis. ⁊ priuatur utroqȝ. Eadem eſt pena in his qui habebant ante hanc conſtitutionem. niſi infra menſem alterum elegerint ⁊ alterum dimiſerint. Prioratus eccleſie uel adminiſtrationes vnius monaſterii ſolite per ipſius monachos gubernari abſqȝ ſe ap. licentia alterius monaſterii monachis non committantur. nec commiſſa dimittantur qui contra fecerint ſint priuati poteſtate ordinandi predicta ea vice. ⁊ deferꝛ ad dioceſanum in non exemptis ⁊ ad papam in exemptis recipientes vel eligentes ſunt ineligibiles ipſo iure. Emananit ad declarationem coꝛum q̄ no. Hoſt. ſ. e. de multa.

u Perſonis. lxxxix. di. c. i. in prin. ſicut ſingula membra corpoꝛis ſingulos actus habent. ut ibi ad idem. xvi. q. i. preſbyteros. ſ. e. ti. quia intantuȝ. C. ꝺ aſſeſ. l. nemo.

x Auferenda. ad hoc. ſ. e. li. de elec. ſi religioſus. i. reſponſo. ⁊. quorundam ⁊. c. indemnitatibus. §. ſed cuȝ eas. ī. de ſtatu regula. c. vno. ī. ne cleri. uel mona. c. ii. monaſterium enim eſt eis quaſi carcer. xvi. q. i. placuit. ii. de ſent. ex. ut fame.

y Prioratibus. poteſt dici etiam non curatis. ⁊ quod. ī. dicitur de cura referatur ad proxime dictum de eccleſie per decre. ſ. eo. de multa. ſ. de elec. dudum. ii. ⁊ hoc approbat conci. uieñ. de ſup. ne. prelati. quia regulares i n fi. in caſu autem eſt diſſimilitudo inter perſonatus ⁊ parrochiales eccleſias: quā habes. ī. ne cleri. uel mo. c. i.

preſentationem per epiſcopos inſtitutos habeat exerceri: abſqz[a] ſedis apoſtolice auctoritate preeſſe preſumant: niſi forte unus ex eiſ ab alio dependeat uel adiuicē ſint annexi[b]. Statuentes ut quicūqz ipſorum prioratum uel eccleſiā talem obtinēs aliuz receperit primū quo ſit ipſo iure priuatus: ſtati omnino dimittere teneatur[c]: per eum ad quem pertinuerit libere[d] alteri conferendum quod niſi fecerit[e] extunc eo ipſo efficiatur ineligibilis[f] et tanquam ambitioſus ab utroqz penitus repellatur. Circa eos aūt qui plures prioratus uel eccleſias huiuſmodi nunc detinent prouidemus: ut infra menſem[g]: poſtquam preſens conſtitutio peruenerit[h] ad eoſdem: unum ex ipſis quē retinere uoluerint reliquis dimiſſis eligere[i] teneantur alioqui extunc[k] penis ſubiaceant ſupradictis[l]. Prohibemus inſuper ne prioratus uel eccleſie aut adminiſtratiōes ſeu officia unius monaſterij cōſueta per eiuſdem monachos gubernari cōmittantur deinceps abſqz auctoritate ſedis eiuſdem alterius monaſterij monachis gubernāda[m]: nec hactenus commiſſa dimittātur eiſdem ſed per eos ad quos pertinēt libere ordinētur cum illis non liceat habere locum in diuerſis monaſterijs:[n] quorum unū ab alio nō dependet[o]: nec aliorum monaſteriorum (niſi canonice[p] transferātur ad ipſa) priorat⁹ eccleſias adminiſtrationes uel officia gubernarē. Qui uero contra prohibitionem preſētem predicta decetero alienis monachis cōmiſerit uel dimiſerint iaz cōmiſſa: ea uice[q] ordinandi de ipſis ſint ptāte priuati. et de eis per dioceſanos (ſi exēpta nō fuerit) alioqui per ſe[r]. ap. ordinentur. Hi autem qui ea ſuſcipere uel ſuſcepta preſūpſerint detinere reddantur inelegibiles ipſo iure[s]. Idem.

Cum in eccleſijs[t] canonicorum receptio: aut prebendarum uel beneficiorum collatio imminet faciēda[u] abſentes canonici (ſi cōmode[x] fieri ualeat) ſunt uocādi: niſi cōſuetudo habeat eos ad talia nō uocari Alioquin quod in eorum abſentia fieri cōtigerit eis inſtantibus[y] irritari debebit. Idem.

Preſenti[a] declaramus edicto ſtatutū[b] felicis recordationis clementis pape predeceſſoris noſtri de beneficijs apud ſe. ap. uacātibus per alium quā per romanum pontificez minime cōferēdis: locū habere i beneficijs que legati aut nuncij ſedis eiuſdē uel quiuis alij[c] ad romanā curiā uenientes uel etiam recedētes[d] ab ipſa obtinere noſcuntur: ſi eos in locis uicinis[e] ipſi curie mori cōtingat: queadmoduz ſi in loco ubi eadem curia reſidet morentur. Idem eſt ſi aliquis curialis etiam eccleſia romana uacāte peregrinationis īfirmitatis aut recreatiōis ſeu alia quauiſ cauſa ad locum curie uicinum ſecedens: in huiuſmodi loco uicino decedat[f]: dummodo ibi (etiam ſi erat ad ipſā curiaz reuerſurus) eius domiciliū[g] ſeu domus[h] propria non exiſtat.

a Abſque ſe. apoſt. No. ar. pro illa opinione q̄ i duob⁹ curatis ſolus papa diſpenſet: ad idem. s. eo. ti. non poteſt.
b Annexi: in his caſibus nullius diſpenſatio eſt neceſſaria: cum hec duo pro uno reputentur. s. de elec. dudum. ii. ubi de hoc. s. eo. ti. ſuper eo. et c. extirpāde. §. qui uero.
c Teneatur. inquantum poſſidet de facto q̄ de iure priuatus eſt.
d Libere. s. e. licet epiſcop⁹
e Niſi fecerit. i. ſi ſtatim omnino non dimiſerit.
f Ineligibilis. ad idem. s. de elec. quiſquis. et j. in fi. c. exaggeratur igitur pena i religioſis et merito. ut. s. in prin. ad hoc xvi. q. i. alia eſt cauſa. Sed nūquid hoc erat ſtatutum per decre. de multa. dicebat ibi Hoſti. q̄ in prioratibus conuentualibus uel curatis bene habebat locum decre. de multa. ut religioſos reſpiceret i his a quibus ad uolūtatem abbatis remouētur. uidetur q̄ plures poſſent habere. cum potius quaſi cuſtodes eſſent q̄ priores. indiſtincte autem intelligo hanc decre. etiam in omnibus prioratibus prout indiſtincte loquitur: et approbatum ē hoc hodie per conci. vien. de ſup. ne prela. quia regulares in fi. et hoc non erat ita plane ſtatutum per decre. de multa et pene etiā ſunt addite. ut hic vides. Jo.
g Menſez. quomodo huiuſmodi fiet menſis cōputatio. dixi de elec. q̄ ſit.
h Peruenerit. et ſic ſi perueniat ante duos menſes a tempore publicationis: ſtatim icipit eis tempus currere: et ſi nō peruenerit. j. duos mēſes: ad huc tempus non currit. et ſic placuit pape i hoc caſu religioſos aſtringi cum alias cōſtitutio pricipiſ ex quo fuerit publicata poſt duos menſes omnes aſtrigat. in auc. ut. fac. no. conſti. circa prin. ad hoc. s. de poſtula. c. i. et dicam in fi. hui⁹ libri ſuper data. Jo. an.
i Eligere ad idem. s. e. refe rente. et c. preterea.
k Extunc. i. poſt menſem.
l Supradictis. ut. s. fiant ineligibiles: et tanquam ambitioſi repellantur ab utroqz.
m Gubernanda. Quid ſi in ipſo monaſterio non eſt aliquis idoneus: tunc ſatis credo q̄ aliunde poſſet aſſumi. ad hoc. s. de elec. ne pro defectu. et c. indemnitatibus in fi. et. s. de verb. ſig. ſi abbate. in fi. ſatis tamen tutuz eſſet auctoritatem pape requiri per ſuperiorem litteram.
n Monaſterijs. s. de reli. do. c. ult. in fi. ſicut nec diuerſorum monaſteriorū abbas eē. ut ibi. et xx. q. ii. monachū uel preeſſe monaſterio et eccleſie ſeculari xvi. q. i. preſbyteros.
o Dependet. nec ad inuicem ſunt connexa ut. s.
p Canonice. ut ſi tranſeant ad ſtrictiorem religionem ſufficiat licentiā ſui prelati requirere etiam ſi non obtineatur. s. de regula. lz. ſed ſi tranſiret ad laxiorem ſine cauſa. ſolus papa diſpenſat: cum ſit contra iura. s. de conceſ. preben. propoſuit. ſi ad parem ex cauſa tranſire poterit de licentia abbatis et cōuentus. xix. q. iii. ſtatuimus. et nō ob. s. de elec. ſi religioſus. ii. rñſo. quia illō locum habet cum tranſit ad rectoriam. et ibi de filio fit pater et ideo ibi ſufficiet abbatis licentia.
q Ea vice. i. in prima ordinatione. s. de elec. cum in cunctis. et c. cum vitoñ.
r Sedem apoſt. legatum de latere. ſi ſit in prouincia ad hoc. s. eo. li. de elec. ſi abbatem. i. et. ii. reſponſo. Jo.
ſ Ipſo iure. et collatio non tenet. ut. s. eo. ibi et per eos ad quos pertinet. etc.
t Cum in eccleſijs. Emanauit ad declarationē eorum que no. her. et moderni. s. de re iudi. cum olim in fine. in glo. fi.
u Facienda. de electione eorum per quorum mortem eſt eccleſia viduata tā tum habebamus in decre. quia propter. Sed per predictam decre. cum olim in fi. ibi plena omnium qui preſentes fuerit etc. dicebant quidam in minorib⁹ beneficijs non vocandos abſentes. quod hic reprobatur. unde intelligimus ibi preſentes qui ſunt in loco: unde debent vocari. C. de preſcrip. lon. temp. l. ult. s. de ma. et obe. c. ult. vel ibi conſuetudo erat abſentes ad talia non vocari ut ſequitur.
x Commode. ſic. s. de elec. quia propter. ſiue ergo ſint in prouincia ſiue extra prouinciam ſi commode vocari poſſunt vocabuntur: alias non de hoc. s. de elec. coram. ſed dic q̄ remoto loco uocēcentur. ſtatur conſuetudini eo. ti. in geneſi. Et dicebant quidam q̄ an vocarentur vel non: non ſtabitur conſuetudini quod non eſt veruz ut hic patet. Sz poſſes dicere: q̄ hic nō loquitur de elec. plātorum et dicit littera ad talia etc.: ſed dico q̄ cōſuetudo dat ius eligendi et ita poteſt intelligi de eā poſſ. cum eccleſia. Item dat iuriſdictionez iudicandi. ergo et ſine abſentibus eligendi de foro compe. cum contingat cū ſi. Itē vocatio abſentium non eſt de ſubſtantialibus forme. ſup de elec. eccleſia. ii. Sed nunquid i alienatione et alijs tractatibus vocari debent abſentes. Credo q̄ nō. x. q. ii. hoc ius porrectum. ubi de hoc. et per decre. s. e. li. de offi. or. quāuis. ubi dixi de hoc et. s. de teſti. preſentium.
y Inſtantibus. poterunt ergo contemptuz proſequi. et collationē illam facere caſſari ratificare etiam poterunt. ſi volent. s. de elec. q̄ ſicut.
a Preſēti. Emanauit ad declarationem eoruz que no. Guil. et Gar. s. e. ti. ſtatutuz. Jo. an.
b Statutum. s. e. ti. c. ii.
c Alij. curiales vel nō.
d Recedentes. dicebat gar. q̄ cum appellatione vrbis urbs tātuz ſuburbia intelligantur. ff. de ver. ſig. l. ii. et nomine curie tantū locū ubi curia habitat cum ſuis ſuburbijs intelligere debeamus in his: qui nondum curiam intrauerant vel illicentiati receſſerant. in alijs ſecus.
e Vicinis. dicitur preſens ille qui eſt in hortis. ff. de procura. l. preſens. vel qui eſt in prouincia. C. de preſcrip. lon. temp. l. ult. j. determinabit que intelliguntur loca vicina.
f Decedat. hoc dicebat Guil. ſi receſſerat animo cito redeundi: ut de pe. di. i. diuortium.
g Domicilium. quod in pluribus locis haberi poteſt. ff. ad munici. aſſumptio. s. de reſcrip. dilectus. ii. de fo. compe. ex parte.
h Domus propria ergo licet ſola domus poſſeſſio in ciuitate comparata non faciat quem municipem. ff. ad municipa. libertus. §. ſola. tamen quantum ad hoc equiparantur domus et domicilium. Quid dices ſi eſt in domo ſibi et alijs communi Idez credo ac ſi eſſet in domo ſolum propria. ad hoc. s. de poſtulati. c. i. Et res communis omnium illorum eſt. ff. de ritu nuptiarum illud et qui iurat ſuum non eſſe iurat et ſibi commune non eſſe. ff. de verboruz ſignificatione. ſi pupillus. §. ult. et cum quis legat ſeruos ſuos etc. et qui i toto et qui in parte ſui ſunt legati intelliguntur. ff. de leg. iii. ſi quis ſeruos ſuos. nec ob. xii. q. ii. qui manumittitur. et. ff. de in ius vocā. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. quia ibi erat commune pluribus ut collegio: probatur hec ſolutio. ff. e. ti. l. communis libertus. non ob. xii. q. i. §. ulti. quia ibi ſoluitur.

a ¶ Legales. ſecundum quas. xx. miliaria computantur pro die. ff. ſiquis cautio. l. vicena milia. ⁊ ſi modicum etiam ſupereſſet non in cluderetur ſub loco. ff. de uerborum ſig. l. iii. Jo. an.

b ¶ Specialiter. ſi hoc eſt ſpeciale. ergo ipſius contrarium eſt generale. ⁊ facit ad ea que nota. ſupra de reſcrip. nonnulli. ⁊ que dixi ſupra eo. libr. de reſcrip. ſtatutum. §. cum autem de elec. cupientes. i. reſpõ. Jo. an.

¶ Loca uero intelligantur uicina eidem curie in premiſſis que remota ultra duas dietas legales[a] (quas hoc caſu ſic ſpecialiter[b] uolumus computari) a loco ubi moratur ipſa curia: non exiſtunt. ¶ Sane ſiquis i loco ubi degit curia ſue originis[c] domum habens diem claudat extremum in ea ipſius beneficia ſub predicto non aliter includantur ſtatuto: quam ſi curialis eſſet antea: ⁊ ibidem occaſiõe curie moraretur[d]. ¶ Porro cum curiam de loco ad locum transferri contingit: ſi curiales in itinere: dum curiam ſequũt eãdẽ uel in loco unde recedit ipſa curia (forſitan remanentes) infirmi rebus inibi eximantur humanis: premiſſum ſtatutum (quantuncunq3 locus ubi decedunt ab ipſa curia ſit remotus) ad illorum beneficia ſe extendit.

Idem.

Si apoſtolica[e] ſede uacante aliquas parochiales eccleſias uacare decetero contigerit apud ipſam ſtatuimus ut de eis ne ipſarum[f] uacatio diutina periculum ualeat animabus afferre[g]: per eos ad quos pertinet: poſſit libere ordinari: conſtitutione felicis recordationis clementis pape predeceſſoris noſtri de beneficijs apud ſedem ipſam uacantibus per alium quam per romanum pontificem minime conferendis: uel alia[h] quauis contraria ſuper hoc edita non obſtante. Idem uolumus ⁊ de illis que ibidem ipſo romano põtifice uiuente uacabunt: ſi de ipſis per eum ante ipſius obitum[i] non fuerit ordinatum.

c ¶ Originis. certe ſatis idez puto ſi ibi habet continuuz domicilium: licet inde non ſit oriũdus: ad hoc. x. di. ſi in adiutorium. ⁊ optime ſupra de elec. fundamenta. §. ult. de tempo. or. c. iii. i. reſponſo. ff. ad munici. eiꝰ §. vltimo. C. ubi ſena. uel cla. l. ſenatores. nec rationez diuerſitatis video: ⁊ idem dico in oriundo qui ibi propriam non haberet domũ ſed forte conductaz cum eadem ſit ratio ad hoc. ff. de legi. non poſſunt unde quod dicit originis ſue domum: ⁊ õ domo propria ⁊ de domo habitationis poteſt intelligi.

d ¶ Moraretur. alias enim graue preiudicium inferretur loco vbi degit curia ſi omnia beneficia tunc ibi vacantia haberent ſolum conferri p papã.

e ¶ Si apoſtolica ſe. parochiales. ſpeciale ſit in eis propter curam. in aliis ergo ius antiquum remanet: ad idem ſupra. eo. li. de elec. nemo. ⁊ per hoc ſatis patet ꝙ in aliis non currit menſis ſede vacante: currit tamen ignoranti. ut ſupra. e. ſtatutum. dixi.

f ¶ Ne ipſarum. rationem hic ponit. ⁊. ṡ. eo. lib. de of. dele. ſi is cui: ⁊. j. ne ſe. va. c. vno in fi.

g ¶ Afferre. ṡ. e. ti. c. i.

h Alia. ut. ṡ. e. ſtatutũ. ⁊. ṡ. c. prox.

i ¶ Obitum. ſcilicet cum deceſſit infra menſem. alias non eſſet queſtio. ṡ. eo. ſtatutum.

k ¶ Si cui nulla. Gratia alicui conceſſa: ut prouidere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia perſonis non expreſſis: non expirat re integra obitu concedentis ſecus ſi perſone eſſent expreſſe.

l ¶ Expreſſione. multum ergo operatur expreſſio perſone. ⁊ facit. j. c. prox. ⁊. ṡ. de of. dele. is cui. e. li.

m ¶ Idoneis. vt. ṡ. e. ti. ſuper inordinata. ⁊. c. is cui. e. li.

n ¶ Legitime. ſcilicet ſecundum ſtatuta lat. uel generalis concilii ſupra. de conceſ. preben. c. ii. ⁊ de elec. ne pro defectu. Et talia beneficia legati de latere qui ſunt in prouincia: conferre poſſunt ſupra. e. uenerabilis.

o ¶ Decet. j. de re. iu. decet cum ſuis concor.

p ¶ Suam. quando eſt ergo gratia eius cui ſcribitur. non expirat: ut ſupra ſecus quando alterius puto pro quo ſcribitur ut hic.

q ¶ Moriatur uel renunciet ſupra de renunci. capitulo primo. eo. lib. ad hunc finem expreſſe contra dicit ſupra eo. lib. de of. dele. ſi ſuper gratia. vbi dicitur ꝙ executorum poteſtas datoruz ſuper gratia alicuius: non expirat re integra: ſicut nec gratia cum ſit acceſſoria ad gratiam. hic contrarium dicitur. ſolu. facti diuerſitas ſoluit contrarium: ibi loquitur de gratia iam facta hic de facienda per executores. vnde ibi dicit textus gratia facta ⁊c̃. hic dicit prouiſione facienda. ſi ergo papa concedat canonicatum ⁊ prebendam. ſi vacat uel que primo vacauerit. nulli alii de iure debitam. ⁊ ſuper hac gratia per ſe facta dat executores. habet locum decre.. illa: quia cum iam ſit canonicus. ⁊ iam ſit facta gratia: poteſtas executorum velut acceſſoria non expirat. ſed ſi papa non facit gratiam ſ3 mãdet fieri puta ꝑuideri mihi de beneficio: hic poteſtas executoris principalis eſt ⁊ expirat re integra. Sed quare non expirat in ſupra proxi. caſu. cum etiaz ad huc ſit prouiſio faciẽda. So. ibi etiam iam erat facta gratia cum reſpiceret eum qui prouidere debebat non eum cui debebat prouideri.

Idem.

Si cui nulla[k] perſonarum facta expreſſione[l] ſit gratioſe cõceſſa facultas: ut auctoritate apoſtolica poſſit aliquibꝰ perſonis idoneis[m] in certa eccleſia prouidere: uel beneficia quorum collatio eſt ad ſedem apoſtolicam legitime[n] deuoluta: conferre: contradictores eadem auctoritate per cenſurã ec. compeſcendo huiuſmodi conceſſio quam cum ſpecialem gratiaz cõtineat: decet[o] eſſe manſuram non expirat etiam re integra per obitum cõcedentis. ¶ Secus ſi ſuper prouiſione certe perſone facienda ſit data poteſtas eidem: non ob ſuam[p] ſ3 eius cui prouideri mandatur gratiam uel fauorem illa quidem expirat omnino: ſi concedens re integra moriatur[q].

Idem.

Si epiſcopus[r] cui nullis perſonis expreſſis in genere cõmiſiſti[s]: ut uice tua ordines i tua dioceſi celebraret: ad ſacros[t] ordines ꝓmouerit quempiam titulum[t] non habentem: ei cũ i culpa[u] fuerit taliter[x] ordinando eũdẽ: tenebitur uite neceſſaria miniſtrare[y]. dõec ſibi per eum uel aliũ[z] de ꝯpetenti beneficio ſit prouiſum. Si uero certas[&] commiſiſti eidẽ ordinare perſonas: tunc ꝑuidere hoc caſu an haberẽt titulum debuiſti: taliter ordinato ad predicta[9] donec per te[ꝝ] beneficiatꝰ fuerit obligatus exiſtis. Eis autez quibus a dioceſanis datur licentia ut poſſint aquo uoluerint[a] epiſcopo ad omnes ſacros ordines promoueri: non qui ordinant: ſed qui tribuunt licentiam: cum eam dare nõ debeãt titulũ ñ habẽti ad premiſſa[b]

r ¶ Si epiſcopus cui. Emanauit ad declarationem decre. ſupra. e. non liceat. ⁊. c. epiſcopus ſi. ⁊. c. cũ ſecundum apoſtolum.

ſ ¶ Commiſiſti. quod alias ſine pena facere non poſſet. ut ṡ. eo. li. de tem. or. c. ii.

t ¶ Ad ſacros. iõ dixit qꝛ ꝑ ordinatis ad minores nõ ſcribit eccleſia ut ordinatores compellat. ut no. ṡ. e. tit. c. ii.

t ¶ Titulum. ſaltem patrimonii. vnum ſcias quod Joan. goffre. ⁊ Inno. tenent ſupra e. epiſcopus quod quantuncunque clericus habeat patrimonium: niſi expreſſe ordinetur ad titulum patrimonii ſui habet actionem contra ordinantem ad ea que dicuntur infra. Tan. ⁊ Hoſti. contra dicentes eum ſi patrimonium habet tacite ad tituluz patrimonii ordinatuz: ita quod deficiet actio quibus ego conſentio per predictam decretalez epiſcopus ſi alias illud niſi quod ibi ponitur. nec proprie nec exceptiue veniret. ⁊ per decre. tuis. eodem titulo de hoc habes per Hoſtien. õ reſcrip. poſtulaſti.

u ¶ In culpa. ⁊ ſic eſſe debet in pena: ut. xxxviii. diſt. quia e. ⁊. xxxviii. di. qꝛ ſũt. Jo. an.

x ¶ Talit. ſ. ſine certo titulo.

y ¶ Miniſtrare. videbatur ꝙ puniri deberet ille qui mandauit. ⁊ imputare ſibi debuit. quod talem elegit: ⁊ per alium fecit. unde idem ac ſi per ſeipſum elegiſſet de regulis iuris. qui per alium. Sed hec uera ubi mandauit de certo. ut ſtatim ſequitur. ⁊ facit ſupra de electio. ſi compromiſſarius.

z ¶ Alium. No. pro his que dixi. ṡ. e. ti. ſi pauper.

& ¶ Certas. ⁊ expreſſas intelligo. quia ſi commiſiſſet ei ordinare clericos talis ville vel loci. adhuc eſt hic genus ⁊ non ſpecies. unde locum habebunt ſuperiora. aliud eſt enim certum. aliud certum ⁊ expreſſum. facit. j. de conceſ. preben ne captande.

9 ¶ Predicta. ſ. uite neceſſaria.

ꝝ ¶ Per te. uel per alium. ṡ. prox. rñſo. nec poterat ſibi indignitatez beneficii obiicere exquo illum dignum ad ordines reputauit. ṡ. de eta. ⁊ quali. accepimus quod dic ut ibi.

a ¶ Quo voluerint. dum tamen catholico. ⁊ in aperta ſe. ap. rebellione nõ fuerit. ṡ. de preſcrip. veniens.

b ¶ Ad premiſſa. ſ. uite neceſſaria. donec eis de competenti beneficio ſit prouiſum. ⁊ tranſit talis obligatio ad ſucceſſorem. ut. ṡ. e. ti. cum ſecundum apoſtolum. Quid dices ſi clericus ordinatus ſine titulo ad ſacros promiſit epiſcopo. ꝙ eum ſuper his non inquietaret. nunquid tali renunciatione non obſtante agere poterit. videtur ꝙ non exquo renunciauit. vii. queſtione. i. quaz periculoſum. de elec. cum inter. R. Econtra quia iſtud videtur ius publicuz quod remitti non poteſt. de foro competenti. ſi diligenti. de ſenten. excom. contingit. ⁊ beneficio quod nondum habebat renunciare non potuit. ſicut nec hereditati nondum delate. ff. de acquir. here. l. qui ſuperſtitis. ⁊ alimenta pacto alimentarii non tolluntur. ff. de tranſactio. cum hi. dixit da. ꝙ ualet pactum. Bar. brix. dixit hoc verum: ſi poſt ordinationem interuenit. ſed in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſi titulum non habeant obligantur

Idem.

Q Uanuis[a] tibi nuper in genere[b] poteſtatem dederimus: beneficia ſex clericorum tuorum[c] cedentium uel decedentiuꝫ[d] auctoritate noſtra perſonis idoneis[e] conferendi canonicatum. tamen ⁊ prebendam: quos in tua eccleſia: in qua poſt[f] predictam gratiam tibi factam mandauimus cuidam ſpecialiter prouideri obtinebat quidam ex eiſdem tuis clericis nunc defū/ctis: conferre non potes: cuꝫ illi ꝓ quo ſcripſimus debeantur. naꝫ prime generali gratie tibi facte derogat[g] poſterior ſpecialis licet de illa non fecerit mentionem. ¶ Simili ratione ſi poſt facultatem tibi conceſſam a nobis conferendi beneficia tue dioceſis: quorum collatio eſt ad ſedē apoſt. deuoluta: nos eorum aliquod antequam tu conferaſ conferamus[h] ſpecialiter alicui uel conferri mandemus de conceſſione tibi facta non habita mentione: facta per nos collatio canonica eſt cenſenda.

Idem.

S I is cui[i] de canonicatu prebēda ⁊ dignitate perſonatuue officio per felicis recordatiōis nicolai[k] uel celeſtini[l] predeceſſorum noſtrorum litteras gratia in aliqua eccleſia facta erat: conſtitutiōis noſtre reuocatorie tempore canonicatum ⁊ prebendam dignitati perſonatui uel officio alicui non annexam[m] erat adeptus: licet dignitateꝫ perſonatum ſeu officium inibi expectaret: propter expectationem huiuſmodi priuatus non intelligit̄ iure: quod in canonicatu ⁊ prebē/da fuerat canonice aſſecutuſ: ius tamen quod ad dignitatem perſonatum uel officium competebat eidē iuxta uerba[n] dicte reuocationis intelligitur reuocatum. ¶ Non ſic autem: ſi canonicatum cum dignitate perſonatu aut officio conferri tantum canonico conſuetis:[o] fuerat aſſecutus ſub expectatione prebende: cum ius magis[p] dignum quod iſte in dignitate perſonatu ſeu officio huiuſmodi iaꝫ habebat: ius minus dignum canonicatus retineat cuius canonicatus ratione idem ius eidem ſaluum remanet ad prebendam nulli alij debitam apoſtolica ante ipſuꝫ auctoritate recepto ¶ Sed et[q] ſi ex epiſcopi uel alteri⁹ cuiuſcunqꝫ[r] collatione uel prouiſione adeptus fuerat in eadem eccleſia dignitatem perſonatum ſiue officium conferri tantum canonico conſueta prefatus qui canonicatuꝫ auctoritate ap. iam habebat: idem[s] erit cenſendum.

Idem.

Q Uodam[t] per litteras feliciſ recordationis nicolai pape predeceſſoris noſtri canonicatum ſub expectatione uacature prebende in certa eccleſia obtinente: ſucceſſor eius celeſtinus cuidam alteri ſimilem in eadem eccleſia gratiam fecit: quem omnibus etiam ante ipſum auctoritate apoſtolica uel quauis alia in eccleſia ipſa receptiſ uoluit anteferri[u]: cum interpoſitione decreti priuſquam tamen ad primum ⁊ eiuſ executores ſecūde gratie noticia perueniſſet: uacans prebēda eidem primo per ſuos fuit executores collata: p⁹ huiuſmodi autem ⁊ ante factam ſecundo collationem ipſius prebende noſtra conſtitutio[x] reuocatoria emanauit: ⁊ quoniam quis eorum ius habeat ī prebenda huiuſmodi dubitatur: nos neutrum illorum decernimus ius habere in eadem. prima enim collatio poſt: ⁊ contra decretum a dicto celeſtino interpoſitum facta lꝫ ab ignorantibus ⁊ etiam ignorāti[y] non obtinet firmitatem. Ius uero quod ſecundo ad prebendam non in prebenda huiuſmodi competebat: cum noſtraꝫ reuocatiōem eiuſ collatio[z] nō preceſſerit: per eam penitus eſt ſublatū.

ordinatione vterqꝫ ſimoniacus eſſet ⁊ deponendus. ſ. de ſimo. c. pe. in queſtione veneriali. que incipit. eſto ꝙ epiſcopus ordinet.

a Q Uanuis tibi. ſi primo loco papa dat licentiam conferēdi bñficia certo modo vacantia vel ad papam deuoluta: ſecundo aliquod ꝺ his conferat ſpecialiter. uel conferri mandet ſpecies generi derogat ita ꝙ ſecundo beneficium debetur: ad hanc decre. concor. e. ti. dudum.

b ¶ In genere. ſi autem in ſpecie dediſſet licentiaꝫ. puta archid. bononien. cum uacabit tunc ſecus quia utrunqꝫ ſpeciale: ⁊ ſic valeret primum niſi de primo fieret mētio i ſecūdo. ⁊ idem eſt ſi ante ſecundā ſpecialem gratiam iam erat ꝺſcenſum ad ſpeciem ex virtute prime generalis: ad hoc. ſ. de fi. preſby. ex tua. ꝺ of. dele. ex parte. i.

c ¶ Tuorum. qui dicantur ſui clerici hoc caſu ⁊ ſimilibuſ habes infra de verboruꝫ ſigni. c. ult.

d ¶ Decedentium. iſta duo ſū diuerſa: maxime in impetrationibus uel gratiis. ut probatur. ut. ſ. de reſcrip. ſuſceptuꝫ ſi. reſponſo. Sed nunquid ſi clericus ſuus cedit uel decedit in curia romana. poterit eius beneficium cōferre. Dic quod non niſi haberet ad hoc mandatum expreſſum ut ſup̄ e. c. i. ii. in fi. Sed quid dices. ille cui facta eſt talis gratia uult conferre. beneficia que uacant per vxorationem clerici ſui. uel per adeptionem epiſcopatus. uel ſecundi beneficii curati. nunquid poterit. et uidetur ꝙ ſic. iam enim tacite ipſo facto renunciaſſe videtur ad hoc ſupra de his que fi. a ma. par. ca. ex ore. de offi. dele. gratum. Credo ꝙ cum tales indulgentie reſtringantur ſupra. e. is cui ⁊. c. quāuis ꝙ talia beneficia conferre nō poterit. cum potius priuatione iuris quam renunciatione uacent: quod patet ex eo ꝙ cōpelluntur ad illa dimittenda. ut ſupra de cleri. coniu. c. i. ſ. e. de multa. ⁊ licet epiſcopus. ⁊. c. cuꝫ ſingula. ad hoc facit predicta decre. ſuſceptum. nā ſimiliter poſſet dici ꝙ cedens eſſet mortuus quo ad beneficium. cui ceſſit. vii. queſtione i. §. ecce in quibus. xxxiii. q. ii. §. i. Sed pone. iam contulit beneficia. v. clericorum moriunt̄ duo ſui clerici ſimul. quorum alter habebat pinguius beneficium altero. uult pinguius conferre. nunquid poterit. uidetur diſtinguendum aut papa proprio motu dedit hanc gratiam. aut non ut primo caſu poſſit pinguius conferre. ſecundo non ut. ſ. c. ſi pluribus. Sed dic ꝙ illud poſſet locum habere. ſi poſſet conferre beneficia ſex priorum clericorum ſuorum decedentium. ſed hic de primis clericis non eſt dictum. unde quod beneficium voluerit conferre poterit. domin⁹ Jo. an.

e ¶ Idoneis. ſ. e. is cui.

f ¶ Poſt. alias non fuiſſet tanta queſtio ex quo primum mandatum ſpeciale genus preceſſiſſet. Jo. an.

g ¶ Derogat. ut. ī. de re. iu. generi. cum ſuis concor. Jo.

h ¶ Conferamus. penes papam enim remanſit eadem poteſtas. ⁊ maior etiam in predictis. unde ex quo ipſe preoccupauit. melior eſt ipſius conditio. ut ſ. e. dudum.

i S I is cui. habuit ortum ex conſtitutionibus reuocatoriis: quas fecit bonifacius ſtatim poſt promotioneꝫ ſuam de gratiis factis a nicolao. iiii. ⁊ celeſ. v. per quas ius queſitum erat ad rem non in re. Reuocatoria gratiarum nicolai incipiebat. pridem ad apicem. illa uero celeſtini incipit dudum circa promotionis. ⁊ de his etiam conſtitutionibus tractat. ī. c. prox. ⁊. ī. de conceſ. preben. c. vlt. plenius.

k ¶ Nicolai. quarti.

l ¶ Celeſtini. quinti.

m ¶ Annexam. quaſi in annexis ſecus. ſ. e. ti. ſuper eo. ⁊. c. quia ſepe. ⁊. ī. prox. R.

n ¶ Uerba. quorum mentem habes. ī. ꝺ conceſ. preben. c. vlti. ſꝫ ad litterā erāt hec omnes collationes prouiſiones reſeruatiōes ſuper canonicatibus dignitatibus perſonatib⁹ prebendis officiis dignitatibus portionibus preſtimoniis eccleſiiſ parrochialibus ruralib⁹ uel aliis necnon ſuper quibuſcunqꝫ beneficiis eccleſiaſticis vacaturis cuꝫ cura uel ſine cura. in quibus non ſit ius queſituꝫ in re licet ad rē per dictum anteceſſorē noſtrum. ſeu ei⁹ auctoritate factas: conceſſas ſeu commiſſas: ⁊ ea que ab ipſo ſuper his uel circa ea quomodolibet ꝓceſſerūt apoſtolica auc̄te i fratrum noſtroꝝ preſentia. vi. calendas ianuarii: cū adhuc ſicut ꝑmittit̄ eſſemus Neapoli oīno caſſauim⁹ irritauim⁹ ⁊ vacuauimus. ceſſas irritas ⁊ uacuas nūciamuſ nulli⁹ ēt decernim⁹ fore firmitatis: ⁊ qō ex tūc ſec⁹ a quoquā ſciēter uel ignorāter ꝯtigerit attētari ⁊c. nō igit̄ dixit iſta v̄ba q: ꝑ v̄ba illa caſſat̄ ius q̄ſitum ad rē ſꝫ nō i re nō ſic itelligitur reuocatum.

o ¶ Cōſuetis. ꝑ h̄ n̄ reuocat̄ grā. ē. n. eg nus ꝙ ꝑꝑ ius i re ſeruaretur ius ad rē in hoc cāu ꝙ̄ ꝑꝑ ius ad rē extingueret̄ ius i re ꝯ menteꝫ conſtitutionis.

p ¶ Magis dignum ſ. de conſe. eccleſie uel al. ꝙ in dubiis. cum ſuis concor.

q ¶ Et ſi. tolle quod ē. ī. prefatus qui canonicatū auctoritate ap. iā habebat adeptus fuerat in eadē eccleſia ex epiſcopi ⁊c. Jo.

r ¶ Cuiuſcunqꝫ. ad quem pertinebat collatio. uel forte legati.

s ¶ Idem. ſ. ꝙ canonicatum retineat. ⁊ canonicat⁹ rōe prebendam.

t Q Uodam. alias hoc erat de iure cōi. ſ. e. ti. hi qui.

u ¶ Anteferri. ad idem. ī. de conceſ. preben. auctoritate.

x ¶ Conſtitutio. reuocatoria de qua uidiſti. ſ. ꝓxi. c.

y ¶ Ignoranti. ſ. e. ſi poſtꝙ ⁊. c. dudum. ⁊. c. ſi beneficia ⁊c.

z ¶ Collatio. quia ſi preceſſiſſet collatio: ius habuiſſet nō ad rem ſꝫ in re. ⁊ ſic non fuiſſet reuocatum per conſtitutionem reuocatoriaꝫ ſ. c. prox. ī. de conceſ. preben. c. ult. ⁊ ſic no. ꝙ quis impedit aliū in eo quod per ſe non conſequitur. ad idē. ī. de conceſ. preben. auctoritate. ſed ibi aliquid conſequitur. q: habet ſecundam prebendam qui alias ſolum habiturus eſſet tertiam. Io. an.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

## Idem.

Mandatum[a] apoſtolicum tibi directuȝ: ut T. clerico de beneficio[b] ſpectante ad collationem[c] narbon. capituli prouideres: beneficia eiuſdem capituli[d]: ſiue dentur in communi per ipſum: ſiue per canonicos eiuſdem eccleſie ſingulares uice ac auctoritate capituli aut ex iure ipſius de conſuetudine uel ſtatuto[e] merito comprehendit: ad beneficia tamen ratione dignitatuȝ perſonatuum uel officiorū que nonnulli ex eiſdem canonicis obtinent in ipſa eccleſia: ad eorundem collationem ſpectantia mandatuȝ huiuſmodi minime ſe extendit[f]. Idem eſſe cenſemus ſi ratione prebendarum ſuarū ad ipſos canonicos collatio dictorum beneficioruȝ ſingulariter[g] pertinere noſcatur: niſi contineatur forſitan in mādato ꝙ eidē clerico prouideas de beneficio ad collationem narbon. capituli pertinente communiter uel diuiſim: tunc enim beneficijs que ad ipſoꝝ collationeȝ pertinēt ratione huiuſmodi prebendarum[h] poteris prouidere.

Bonifacius octauus.

### De clerico egrotante.

Paſtoralis[i] officij debitum exequentes declaramus atqȝ ſtatuimus coadiutorum epiſcoporum ⁊ ſuperiorum prelatorum dationeȝ intelligendā eſſe de cauſis maioribus[k] ⁊ referendam ad ſedem apoſt. ac ab ea conſuetudine non obſtante[l] contraria tantummodo[m] poſtulandum. Uerum ne hoc pretextu eccleſie exiſtētes precipue in remotis[n]: diſpēdia patiantur: nos eorum in hac parte indemnitatibus precauere uolētes hac generali conſtitutione ſancim⁹ ut epiſcopus ſenio aut ualitudine corporali grauatus uel etiam alias adeo impeditus perpetuo[o] ut officium ſuuȝ nequeat exercere poſſit de ſui conſilio ⁊ aſſenſu capituli uel maioris[p] partis ipſius unuȝ uel duos auctoritate[q] apoſtolica. coadiutores aſſumere ad dictum officiuȝ exequendum. ¶ Si uero epiſcopus demens[r] fuerit ⁊ quid uelit aut nolit exprimere neſciat uel non poſſit: tunc eius capitulum uel due[s] ipſius partes eadem auctoritate unū aut duos[t] coadiutores aſſumant idoneos: qui eius officiū[u] exequātur. ¶ Si autem epiſcopus ſenio aut icurabili morbo grauatus: uel perpetuo impedimento detentus ad ſui executionem officij reddatᷣ inutilis: ⁊ coadiutorem aſſumere uel habere noluerit[x]: licet a capitulo requiſitus proprio: ſe illius non indigere ſuffragio forſitan aſſerendo: tunc nil per capitulum innouetur: ſed hoc caſu ⁊ etiam proximo[y] idem capitulum epiſcopi ⁊ eccleſie ſue conditionem ⁊ ſtatū ac facti circunſtantias[z] uniuerſas: quam cito poterit: fideliter ⁊ explicite referat ad noticiam dicte ſedis: ⁊ recepturi humiliter ⁊ efficaciter impleturi quod ſuper hoc per ſedem ipſā cōtigerit ordinari. ¶ Preſenti quoqȝ adijcimus ſanctioni: ut coadiutores huiuſmodi de prouentibus prelatorum in quoruȝ aſſumentur auxilium ſūptus recipiāt moderatos[&] ab alienatione qualibet de bonis eccleſiaſticis prelatorum ipſorum uel eccleſiarum ſuarum quomodolibet facienda penitus abſtinentes[9] rationem non ſolum in diſtricto examine ſed ⁊ prelatis eiſdem ſi ſane mentis extiterint ac capitulis eorundem: ſeu etiam ipſoꝝ

a Mandatū. decre. venit declaratiue ad decre. ſ. e. cū in illis. i fi.
b Beneficio. de curato non prouidebitur. ſ. e. ti. cuȝ in illis. i fi. nec de dignitate. ſ. e. ti. c. vlt.
c ¶ Collationeȝ. de ſpectante ad preſentationem inſtitutionē uel electionem nō poterit ꝓuideri. ſ. cum in illis. §. cum autem.
d ¶ Capituli. idē. n. ē facere per aliū qd per. ſe. j. de re. iur. q per aliū cū ſuis con cor. ff. quod cuiuſqȝ vniuer. itē eoꝝ. §. ſi decuriones.
e ¶ Statuto. eſt forte conſuetudo vel ſtatutum qd beneficia vacantia primo mēſe pertinētia ad collationē capituli conferat primus canonicus: vacantia ſecūdo ſecundus. tertio tertius ⁊ ſic d ſingulis. vel ꝙ beneficia familiarium ſuoruȝ ſpectātia ad collationē capituli vacantia canonici cōferāt tales cōſuetudines ⁊ ſtatuta ſunt i multis eccleſijs gallicanis.
f ¶ Extēdit. q2 papa non itēdebat grauare alterā dignitateȝ capituli ſȝ totū capitulū. ſ. e. cuȝ in illis ad fi.
g ¶ Singulariter. q. ſi ñ vice capituli. ut in. i. rñſo. Jo. an.
h ¶ Prebendarum. vel dignitatū vel officioꝝ ipſi⁹ eccleſie: ut in ſecūdo rñſo ⁊ no. ꝙ dicit rōne huiuſmodi prebendarū. quaſi dicat ſi pertineret ob aliā cām. puta propter alia beneficia que habet in alia eccleſia: mandatum tunc non cōprehēdit illa.
c ¶ Retinere. Ho. officiū doctoris ſcholarē de ſcholis expellere. ⁊ ꝑ id qd̄ dic retinere. dicas ꝙ ſꝫ doctor ſciat monachū habētē domū iuxꝫ ſcholas doctoris in domo ꝓpria audire. excōicatus non eſt. tā. n. inhibere non poſſet qui ſtet in domo ꝓpria. ⁊ facit qd̄ dixi. j. de reg. iu. locupletari. Quid ſi monach⁹ nō vult exire ſcholas: vr̄ ꝑ hāc lrām ꝙ licite vi poſſit expelli. ad hoc de ſen. exc. veniens. ⁊ hoc maxie ſi v̄o poſſet opinio. ꝙ excōicatus non gauderet ꝑuilegio canonis. qd̄ non eſt verum ſm io. ber. ⁊ hoſtien. qui de hoc no. xvii. q. iiii deinceps. de ſenten. excō. contingit. i. Quid ſi non poteſt expelli: exeat ſcholas doctor ad inſtar eius. quod dicimus cum excōicatus intrat eccleſiam. ut no. xi. q. iii. ſicut apoſtoli. ⁊ per modernos. ſ. de ſen. excom. nuper.

d ¶ Simili. q꞉ cōicant in crimine ut dixi. ⁊ q꞉ ꝯditor ſibi nō reſeruauit abſolutoēꝫ. alijs indulſiſſe vr̄. ſ. de ſen. ex. nuper. ⁊ facit qd̄ no. ſ. e. ſup ſpecula.

e ¶ Epiſcopus. emanauit ad declarationem eoꝝ que no. ber. inno. ⁊ moder. ſ. e. clericis vbi videbaꝫ glo. ⁊ hoſti. ſentire. ꝙ generalē vicariū uel baliuū poſſet dare ad talia. ſꝫ n̄ ſpecialē. Sꝫ ex verbis ipſoꝝ olim tenebā ꝯtrariū nam dicunt ꝙ ſi appelletur in tali cauſa. dꝫ appellari ad ipſum prelatū ⁊ ipſe alij delegabit. ḡ etiā ſm eos ſpecialiter poterat delegare. Quid ergo iuris de prelatis temporalē iuriſditionē habentibus habes hic. ⁊ quomodo eā cōmittere poſſint. Quid iuris de clericis iniuriam paſſis ⁊ quomodo de ipſa conqueri poſſunt habes. j. de homici. prelatis.

f ¶ Hoc maleficio. ergo ⁊ ſpecialiter cōmittit. dicit hoſtien. ſ. e. clericis. ꝙ ſibi placeret. ꝙ aut daretur clericis licentia tales cauſas iudicandi per ſeipſos. aut talium cauſaꝝ poteſtas ipſis tolleretur. cum commiſſio ſit contra ius. ff. de of. eius cui man. eſt iur. l. i.

g ¶ Juſticia mediante. Quid ſi cōtra iuſticiam dic idem. nam epiſcopus qui mandauit iuſticiam fieri non eſt in culpa ſi iuſticiarius delinquat. ⁊ abſit ꝙ ea que propter licitum ⁊ bonum ⁊c. xxiii. q. v. de occidendis. non ob. j. de homi. is qui mādat. quia ibi culpa preceſſit: ⁊ caſus qui culpam ſequitur bene



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

imputatur. de hoc plene de homi. ſicut dignum. hic nulla culpa preceſſit.

a ¶ Liceat. ſ. e. clericis. z. c. ſententiam.

b ¶ Poſſunt. ergo poteſt quis per alium quod non per ſe. de hoc dixi. j. de regu. iu. poteſt quis.

a De ſponſalibus. Emanauit ad declarationem eorum que no. xxvij. q. ij. ſi quis deſpōſauerit. ij. ſ. e. ti. ad audientiaʒ.

b ¶ Puris. conditionalia non inducunt publice honeſtatis iuſticiam. ut dicitur in fi.

c ¶ Certis. ut ſi promiſit ducere bertam filiam titij. incerta ſunt quando promiſit ducere vnā ex filiabus titij. ad hoc. ſ. e. c. ex litteris. ij.

d ¶ Cōſanguinitatis. ſ. ifra gradum quartum. ſ. de conſan. non deber. z iſte erat caſus. ſ. eo. ad audientiam.

e ¶ Affinitatis. in pmo generē z quarto gradu uel citeriori. ſ. de ꝯſangui. z af. nō debet. z cuʒ talis affinitas annullat matrimoniū qn̄ preceſſit. ſecus ſi ſecuta fuerit. de eo qui cogno. ꝯſang. vxo. ſue. diſcretionem.

f ¶ Frigiditatis. ſ. de frigi. p totum.

g ¶ Religionis. precedentis. qr tunc nullū eſt matrimonium uel ſponſalia. ſi ſequitur tunc diſſoluit ſpōſalia. ut. ſ. d conuer. ꝯiu. ex publico. z. c. ij

h ¶ Alia. ſicut dicebat predictus canon. xxvij. q. ij. ſiquis deſpōſauerit. z multe alie cauſe reperiuntur. puta votū ſolenne cognatio ſpiritualis et legalis z reliqua impedimenta. ut dixi in ſūma. iiij. li.

i ¶ Conſenſus. puta cōtracta ab infante uel furioſo. ſ. e. dilectus. de deſpōſa. impu. litteras. z. c. acceſſit.

nō liceat[a] eas tn̄ cū iuriſditionē obtinent tpalē dn̄i z pn̄t[b] metu irregularitatis ceſſante alijs delegare.

Bonifacius octauus.

## Explicit liber tertius icipit quart[9]

## De ſponſalibus z matrimonijs.

De ſponſalibus[a] puris[b] z certis[c] etiam ſi cōſanguinitatis[d] affinitatis[e] frigiditatis[f] religiōis[g] aut alia[h] quauiſ ratione ſint nulla: dūmodo non ſint nulla ex defectu conſenſus[i] oritur efficax ad impediendū z dirimendum ſequentia ſponſalia uel matrimonia non aūt ad precedentia diſſoluendum[k] impedimentū iuſticie publice[l] honeſtatis. Quare ille qui ſpōſalia pure ac determinate cū aliqua muliere ꝯtraxit: z poſtmodū cum ſecunda prioris cōſanguinea idē[m] fecit: ex priorum ſponſalioꝝ uigore quibus per publice honeſtatis iuſticiā ex ſecundis ſponſalib[9] ſubſecutā minime derogatūr[n]: ad matrimoniū contrahenduʒ cū prima remanet obligatus[o]. Ille[p] vo qui ſponſalia cum aliqua muliere ſub cōditione cōtraxerit: ſi poſtmodū ante[q] conditionis euentum cū alia prioris conſanguinea p uerba contraxerit de preſenti[r]: cum ſecunda remanere debebit: cum ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem[s] extantem ſicuti ex conſenſum non habētibus z incertis nulla publice honeſtatis iuſticia oriatur.

Boni. octauus.

## De deſponſatione impuberum.

Si infantes[a] adinuicē uel vnus maior ſeptēnio[b] z alter minor ſpōſalia contraxerint: ipſi uel parentes p eis[c]: niſi p cohabitationē eorū mutuā ſeu alias v̄bo[d] uel facto[e] ipſoꝝ liq̄do appareat: eoſdē i eadē uolūtate factos maiores ſeptēnio ꝑdurare: ſpōſalia huiuſmodi: que ab initio nulla erāt: p lapſū dicti tēporis minime ꝯualeſcunt[f]: z ideo cū ſint nulla rōne defectus ꝯſenſuſ publice honeſtatis iuſticiā non inducunt[g]. Idem quoqʒ ſi pubes et impubes uel duo impuberes non proximi pubertati: z in quib[9] etatē malicia nō ſupplebat[h]: p uerba cōtraxerint de preſenti. ſpōſalia enim illa que iuris interpretatione tantum fuerunt ſponſalia de futuro[i]. licet uerba conſenſum exprimentia de preſenti haberent z matrimonium[k] ꝯtrahere intenderent ꝯtrahē

k ¶ Diſſoluendum. hn̄ ꝗ dicebant hug. io. z ſui ſequaces q dicebāt monachuʒ ſacerdotē frigidū z ſimiles ꝑſonas ꝯtrahendo cum aliqua impedire oēs cōſanguineos ꝯtrahere cū eadē. ut no. in ꝑdicto. c. ſiquis deſponſauerit.

l ¶ Publice honeſtatis. ſ. c. ſpōſam. publice enim honeſtum eſt exquo conſanguineus meus conſenſerit in bertam. ꝙ ego illam habere non poſſum.

m ¶ Idem fecit. ſ. quia ſponſalia contraxerit. ſpōſalia vo ſunt futuraꝝ nuptiarum promiſſio. ff. e. ti. l. i. xxx. q. v. noſtrates. vnde aduerte. ſi cum prima contraxerit de futuro. z poſtmodū cum ſecunda ꝯſanguinea in prohibito gradu eodem modo ꝯtraxit. z ſecundam cognouit. nec primā habere poterit ꝑpter affinitatem ſuperuenientē. que ſoluit ſponſalia de futuro. ut. ſ. de eo qui cog. conſang. vx. ſue. veniēs. i. z. c. ex litteris. ſecundam habere non poterit. qr publice honeſtatis iuſticia illum contractum impedit z dirimit. ut. ſ. rn̄ſo. ꝓxi.

n ¶ Derogatur. No. ꝙ licet ſupueniens affinitas diſſoluat ſponſalia de futuro. ſupueniēs tn̄ iuſticia publice honeſtatis ipſa non diſſoluit z merito. ſecunda enim ſponſalia tollunt p publice honeſtatis iuſticiam ex primis inductaʒ: nō ergo ex ſecundis poteſt eſſe honeſtas que tollat primā. z eſt ſi. lvij. di. ſiqs

o ¶ Obligatus. niſi cum alia non ipſius ꝯſanguinea contraheret p v̄ba de preſenti. ſ. e. ſi inter. uel ſupueniret aliquod de his impedimētis q̄ dixi in ſummula circa prin.

p ¶ Ille vo. reprobatur opi. inno. de ſpon. duorum. c. i. vbi dicebat ꝙ p ſponſalia ſub conditione contracta inducitur publice honeſtatis iuſticia. hoſti. ꝯtra ſ. eo. ad audientiam.

q ¶ Ante. ſecus ſi poſt. quia tunc non deeſſet conſenſus ſed eſſet perinde ac ſi a principio pure contraxiſſet.

r ¶ Preſenti. quid ſi contrahit p verba de futuro. nunquid ſoluta ſunt prima ſponſalia conditionalia: credo ꝙ ſic. ſi enim prima ſponſalia inducunt publice honeſtatis iuſticiam. p iuſticiam publice honeſtatis ſuperuenientē ex ſecūdis non ſoluuntur. ut. j. ꝓxi. rn̄ſo. ſʒ ſi p primam non inducitur iuſticia. puta ꝙ per iuſticiam ſuperuenientē ex ſecundis bene ſoluantur prima. licet in veritate prima ſponſalia dicenda non ſint. exquo cōſenſus defecerat ut hic. ſic enim eſt in alijs impedimentis. ſ. de eo qui cogno. conſang. vx. ſue. veniens. cum ſi. vnde ſi poſt ſecundum contractum ſuperueniat conditio. dico ꝙ primum matrimonium ꝯſumare non poteſt. publica enim honeſtas non inſurgit a die contractus ſʒ a die conditionis. z ideo publica honeſtas que ꝑuenit conditionem habet matrimoniū impedire z dirimere. ut. ſ. i. rn̄ſo. cum p h' reddatur inhabilis prime. de iureiuran. quemadmodum.

s ¶ Conditionem. hec vera intelligas. niſi interueniat carnalis copula. quia tunc receditur a conditione. de condi. ap. de illis. z ſic eſſet ibi conſenſus z matrimonium. vnde tum propter affinitatē. tum propter iuſticiam non teneret matrimoniū poſtea cum conſanguinea contractum. z intellige de conditione honeſta. non de tali que habeat pro non adiecta. ſ. de condi. ap. c. vlti. quia illa inducerent publicaʒ honeſtatē. ac ſi pur contracta fuiſſent. z no. hoſti. ſ. eo. ad audientiam. ꝙ ſiqs ſub tali conditione contrahat cum aliqua. promitto ꝙ te ducā i vxorē ſi deo et eccleſie placuerit. poſtea comperto impedimēto z ſolutis ſponſalibus ꝯ̄bat cum conſanguinea illius tenet contractus. z licet hec conditio intelligat̄ etiam ſi non apponatur tn̄ quādo nō exprimitur conſenſus purus remanet conditiones enim tacite nō faciunt obligationeʒ conditionalem. ff. de condi. z demō. l. conditiones extrinſecus. et no. de iureiu. quemadmoduʒ. tacitum tamē ſi exprimatur facit rem conditionalem. ff. de le. i. ſi ita legatum. §. i. vbi conditio ſi volet poſita in perſona legatarij facit conditionale legatum z expreſſa nocent que non expreſſa non nocent. ff. de regu. iu. expreſſa.

a Si infantes. Hi ſponſalia contrahere non poſſunt. cum etas illa quod videat ignoret. C. de fal. mo. l. i. ad hoc. ſ. eo. li. de tempo. ordi. nullus. C. de iur. deli. ſi infanti.

b ¶ Septennio. No. ꝙ licet quo ad pubertatem ſit in ſexu differentia in numero annorum. ſ. e. puberes. z. c. ꝯtinebatur. quo ad infantiam ſecus. quia vterqʒ infans minor ſeptennio. ut hic. z. ſ. e. litteras. z. c. acceſſit.

c ¶ Eis. ignorantibus uel ſcientibus non curo ſʒ aliter in maioribuſ ut. j. §. pono.

d ¶ Uerbo. qr poſt ſeptenniū adinuicem vocant ſe ſponſos.

e ¶ Uel facto. ut qr poſt ſeptenniū ſecum iacet uel eā oſculat̄. ut ſpōſus uel hic ſi. z ſic non refert. an quid fiat verbo uel facto. de ap. dilecti. z. c. ut noſtrum. z ad hoc concor. de reſti. ſpo. ex parte.

f ¶ Conualeſcunt. j. de reg. iu. non firmatur. z intellige per hoc. c. ſolutionem quam dixi. j. de reg. iu. non firmatur. e. li. ſ. ꝙ ſolo temporis contractu non firmatur quod a principio nō valebat. ſed nouo ſubſequenti conſenſu interdum tacito interdum expreſſo bene hic vides. z ibi plenius dixi.

g ¶ Inducunt. ſ. e. c. proxi.

h ¶ Supplebat. ſ. de ſpon. veniens. z. c. ad id quod. ſ. e. puberes. z c. de illis. Et ſic no. ꝙ ſi malicia ſuppleat etatem ꝯtrahere poterūt matrimoniū. z. ꝯcor. ſ. e. c. vlti. z. c. de illis. z eſt hoc cōtra opi. tan. z hoſti. qui dixerunt in predi. decre. de illis. ꝙ ad hoc ut teneat matrimoniū contractū inter minores. in quibus malicia ſupplet etatē requirit̄ ꝙ inuicem ſe cognouerint. cum de hoc aliter conſtare non poſſit ex quo ſunt minores. ſʒ gof. ibi ꝯ̄. cui concor. her. inno. z abbas. z hoc verum. z hic approbatur. Quid ſi puer minor. xiiij. an. multas mulieres cognouit. z mulier minor. xij. an. a pluribus eſt cognita. hi contrahunt matrimonium. quis habet dicere tale matrimoniū ꝑter carnalē ad inuicem copulam non tenere.

i ¶ De futuro. approbatur quod no. ala. tan. her. gof. inno. z hoſti. ſ. e. a nobis. z probabatur olim hoc per decre. ſ. e. atteſtationes. z. c. ul. z. ſ. de condi. ap. ſuper eo. ſepe enim extra id quod agitur tacita naſcitur obligatio. ff. commo. ſi is cui cōmodatum. §. vlti.

k ¶ Matrimonium. z non ſponſalia. vnde non videbātur ſponſalia ad hoc. ſ. de offi. dele. cum ſuper. ff. de ſponſa. queſitum. C. ſiquis alteri vel ſibi. l. multum intereſt. nec matrimoniuʒ. quia etas prohi

bebat. ſʒ primū falſum ut hic vides. ⁊ ſic nota illud generale ſi non valet ut ago valeat ut valere poteſt. ſ. e. a nobis.
a ¶ Modum alium. ut quia ſimul cohabitauerunt. uel ſe coniuges nominabant ⁊ amplexabantur. ut coniuges.
b ¶ Pubertatis. ſtatim ergo fugere debet q̄cito poteſt. quod dic. ut ſ. de ſponſa. ad id quod. ⁊ reprobatur opi. pe. d ſamp. no. ſ. e. ti. c. ul. p abbatē
c ¶ Porro. declarat notata p inno. ⁊ hoſtien. ſ. d reſti. ſpo. ex parte.
d ¶ Pro filijs nō eiſ mandātibus. quia tunc idem eſt ac ſi ipſi contraherent. ſ. e. li. de ꝓcu. c. ul.
e ¶ Contradixerint ergo qui tacet hoc caſu non conſentit j. de reg. iu. qui tacet cū ſuis concor.
f ¶ Sponſalia. contracta p parentes. ⁊ idem eadem rōe intelligas de quolibet alio. ſ. de ſpon. ad id qđ ⁊. ſ. d ma. contrac. contra int̄ dic. ec. c. i. quod hic bene ꝯcor. ⁊ hoc ibi tenet. hoſti. ſed inno. ibi no. contrarium dicens ſpeciale in parte. ut nomine filie preſentis ⁊ non contradicētis poſſit ſponſalia cō trahere. ff. de ſpō. ſʒ que patris. ⁊. l. ſequen. C. de nup. ui due. ſecus in tutor̄. ff. de ſpon. ſi puelle. ⁊ non ob. d ſpō. ad id quod. qꝛ ibi i̅teruenit carnalis copula. alias ſecus ſʒ eum. ſʒ verius videtur qđ dicit hoſtiē. licet her. videatur ibi tenere opiniōeʒ inno. ⁊ q̄ decre. illa non loquatur de expreſſo conſenſu probatur. qꝛ quare poſuiſſet papa ibi verba que ſapiunt tacitum conſenſum. Itē nō inueniemus q̄ paternus conſenſus aliquid in contractu matrimonia li impuberis operetur alias q̄ in precedentibus caſibus.
g ¶ Surgit. reprobat̄ opi. rai. in ſumma de ſpon. §. pone quod. ⁊ pe. de ſam. ⁊ ab. ſ. e. ti. c. i. qui p illud. c. dicebant. cum ibi dicatur q̄ pater filium non adultum poteſt cui vult matrimonio tradere. q̄ ex ſponſalibus contractis a patre et iam filio non conſentiente oriebatur iuſticia. ⁊ nitebantur idem probare per decre. ſ. e. c. acceſſit ad ſi. que non facit. ut ibi no. Approbatur tñ opinio inno. ⁊ hoſtien. q hoc ibi no. ⁊ erat caſus expreſſus. xxvii. q. ii. lex diuina. palea eſt.

tes: per aduentū pubertatis in matrimonium non tranſeunt de preſenti: nec matrimoniū quod ut matrimonium etate non tenuit prohibente per lapſuʒ dicti temporis cō ualeſcit: niſi per carnis copulā ſubſecutam. uel aliquem modum [a] alium contrahentes eoſdem cū eiuſdem perſeuerantia uoluntatis ad pubertatis [b] tempora perueniſſe cō ſtiterit euidenter: per dictum tamē contractum: qui ualuit ut potuit nō ſicut agebatur: publice honeſtatis iuſticia eſt inducta. ¶ Porro [c] ex ſpōſalibus que parētes pro [d] filijs puberibus uel impuberibus pleruncqʒ cōtrahunt: ipſi filij ſi expreſſe conſenſerint uel tacite: ut ſi preſentes fuerint nec ꝯdixerint [e]: obligantur et ex eis oritur iuſticia publice honeſtatis. ¶ Et eſt idem ſi filij tempore ſponſaliorum abſentes ⁊ etiam ignorantes eadem ſpō ſalia [f] poſt ſcientes ratificauerunt tacite uel expreſſe: alias ex ſponſalibus contractis a parentibus pro filijs nec ipſi filij obligātur nec publice honeſtatis iuſticia inde ſurgit. Boni. viij.

## De cognationē ſpirituali.

Pedum [a] inter baptizatum ⁊ illum qui euʒ ſuſcepit de baptiſmo ac inter eundem baptizatum ⁊ ſuſcipientis filios et uxorem [b] ante ſuſceptionem carnaliter cognitam [c] ab eodeʒ: immo etiam inter ſuſcipientem [d] patremqʒ baptizati ⁊ matrem [e] cognationeʒ ſpiritualem [f] in baptiſmo cō trahi iure conſtat. que cognatio et contrahendum matrimonium impedit ⁊ dirimit poſt contractum [g]. ¶ Et eadem [h] que de ſuſcipiente ſunt dicta: ſunt etiam de baptizante cenſenda. ¶ Ex confirmatione quoqʒ ſeu frōtis [i] chriſmatione ſpiritualis cognatio eiſdem [k] modis contrahitur: matrimonia ſimiliter impediens cōtrahenda ⁊ dirimēs poſt contracta. Idem.

Per cathecíſmum [l] qui precedit baptiſmum ſacramentorum fundamentum ⁊ ianuam [m] reliquorū cognatio ſpiritualis contrahitur: per quam contrahenduʒ matrimoniuʒ impeditur: ut ex predeceſſoris noſtri clementis pape iij. decretali [n] colligitur euidenter. Dicendo enim q̄ talis res [o] uix cō trahendo matrimonio impedimētum afferret. uelle uidetur q̄ afferat: naʒ q̄ uix fit fieri tamen dubiū non exiſtit [p]: per illam tamen cognationem matrimonium poſt eam contractum minime ſeparatur [q]. Idem.

Quauis [r] non plures quaʒ vnus [s] uir uel una mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem iuxta ſacrorum canonum inſtituta [t]: ſi tamen plures acceſſerint ſpiritualis cognatio inde contrahitur [u]: matrimonia ꝯtrahēda impediēs ⁊ etiā poſt ꝯtracta diſ ſoluēs. De ꝯfirmatiōe [x] inſup quā tū ad hoc idē iudiciū ē habenduʒ. Ex datiōe vō alioꝝ ſacramentoꝝ [y] cognatio ſpūalis nequaquā orit̄: que matrimoniū ipediat uel diſſoluat. Boni. octauus.

a ¶ Pedum inter baptizatū. cognationē ſpūalem ⁊c̄. qđ eſt. j.
b ¶ Uxorem. nunquid de concubina leuantis prius cognita de h. xxx. q. iiij. ſiquis in ius. in vlti. glo.
c ¶ Cognitā. ſecus ſi poſt fiat vxor. uel ſi p̄us erat vxor. poſt ⁊ non primo carnaliter ſit cognita. qꝛ per vniōnē carnis ſequentē non pōt tranſire in vniōnē ſpūs precedentē. xxx. q. iiij. poſt vxoris. vir ergo ⁊ vxor ſibi cōicant actiones ſpūales. xxx. q. iiij. ſiquis vnus. ſ. e. ti. martinus. licet non paſſiones. vñ ſi filius alterius tantuʒ leuetur de ſacro fonte leuans alteri cuius filius non eſt. cōpater nō eſt. ut. j probatur. qđ dic ut no. ſ. e. martinus. ⁊. xxx. q. iiii. in ſumma. Et dicebat gof. q̄ illud qđ agit pars corporis equum eſt. ut alteri parti cōmunicetur. ſʒ non ſic cōicatur alteri q̄ in perſona filij alterius tā tum agitur. ⁊ iſta ſit ratio. uel dic q̄ ſatis eſt leuanti habere commatrem matrē ipſi⁹ leuati. Et no. q̄ ſi leuans primo cognouerat vxorē non eſſet curandum. an poſt cōpaternitatem cognouerit vel non. ſʒ gratianus contra. xxx. q. iiii. §. notandum.
d ¶ Suſcipientē. ſupple ⁊ vxorem eius prius carnaliter cognitam xxx. q. iiij. ſiquis vnus. ⁊. ſ. e. ti. martinus.
e ¶ Et matrē. No. non dixit patrē baptizati ⁊ eius vxorē. immo dixit matreʒ: ſi igitur de prima vxore uel concubina vir procreet filiū. ille qui leuat filiū eſt cōpater concubine ⁊ viri. ſed non eius vxoris. ut. ſ. dixi.
f ¶ Spiritualē. q̄ dignior eſt q̄ carnalis. xxx. q. iij. c. i. ij. ⁊. iij. Et eſt cognatio ſpiritualis attinētia ꝓueniēs ex ſacramenti datione uel ad id detentione. eſt etiā cognatio carnalis ⁊ legalis de quibus nil ad propoſitum.
g ¶ Contractum. ſi igitur leuans ⁊ leuatus. uel leuatus ⁊ filius leuantis uel leuatus ⁊ vxor leuantis ante cognita. uel leuans ⁊ parentes leuati contrahunt. non tenet matrimonium. Scire debes q̄ pater ſpiritualis ſi copulet̄ ſorori filie ſpiritualis bene tenet matrimonium. xxx. q. iii. c. ul. ⁊ ut ibi no. io. bene pōt pater ſumere filiam ſpiritualem filij carnalis. quia licʒ cognatio ſpiritualis d patre ad filios deſcendat. ut. ſ. e. c. i. ⁊ c. ſuper eo. non tamen aſcendit cum cautū non reperiat̄ ⁊ edictum de matrimonio ꝓhibitorium eſt. ſ. de ſpō. cum apud.
h ¶ Eadem. ut. ſ. ſi baptizans ⁊ baptizatus. uel baptizatus ⁊ filij baptizantis. uel baptizatus. ⁊ vxor baptizātis p̄us cognita uel baptizans ⁊ parētes baptizati matrimonium contraxerint non teneat. ad hoc. ſ. e. ti. c. ulti. ⁊ nō eſt ita in eo qui recipitur ad penitē tiā. ut ibi not. ⁊. xxx. q. i. oēs quos. ⁊ eſt expreſſum. j. e. c. vlti. in ſi. io. an.
i ¶ Frontis. hoc fit a ſolo epō de conſe. di. v. manus. ſ. de conſue. q̄to. in vertice auteʒ chriſman preſbyteri. de ꝯſe. di. iiii. p̄ſbyteris. Sine ſacramēto ꝯfirmationis nō dr̄ q̄s ver⁹ xpian⁹. de ꝯſe. di. v. c. i.
k ¶ Eiſdē mōis. ſ. int̄ ꝯfirmatū ⁊ ſuſcipientē. ⁊ ꝯfirmatū ⁊ filiū ſuſcipiētis ⁊ ꝯfirmatum et vxorem ſuſcipientis prius cognitam ⁊ ſuſcipienteʒ ⁊ parentes confirmati: parentes confirmati ⁊ vxorem ſuſcipientis prius cognitaʒ. Item inter ipſum confirmantem ⁊ confirmatum. ⁊ cō firmatum ⁊ filios confirmantis. ⁊ eius vxorem prius cognitā. ⁊ ipm ꝯfirmātē ⁊ parentes confirmati. hoc vult dicere eiſdē modis. vii. xx. ſunt caſus ꝓhibiti ex hac cognatione quos numeraui in ſummula quarti li.
l ¶ Per cathecíſmuʒ. terminant̄. no. xxx. q. i. c. i. ⁊. ſ. e. ti. ꝯcto. Et dicit in ſūma. q̄ cōpaternitas p cathecíſmū ꝯcta impedit matrimoniū. ſʒ nō dirimit. Cathecíſm⁹ dr̄. a catetizo. qđ eſt idē qđ inſtruo vñ añ baptiſmuʒ inſtrui debent baptizandi in fide adulti precipue. de conſe. di. iiij. ante. xx.
m ¶ Et ianuā. xxxij. di. §. verum. ſ. de preſby. non bapti. c. veniens.
n ¶ Decretali. ſ. e. contracto.
o ¶ Res. ſ. cōpaternitas in cathecíſmis contracta.
p ¶ Exiſtit. ff. de iudi. l. vix certis ex cauſis. ad idē. xv. q. i. merito queritur.
q ¶ Separatur. ad idem. ſ. e. li. de vo. c. vno. ſ. de iureiu. quēadmodū. cū ſi.
r ¶ Quauis. No. hoc hoſti. ſ. e. martinus.
s ¶ Unus. immo ſi vrgeret neceſſitas in cathecíſmo ⁊ baptiſmo ⁊ ꝯfirmatōe vn⁹ pot eē p̄rin⁹. ſʒ hʼ n̄ habeat ꝯſuetudo romana d ꝯſe. di. iiij. in cathecíſmo.
t ¶ Inſtituta. d ꝯſe. di. iiij. non plures. ⁊ potuit eſſe ratio que redditur in adoptione uel cognatione legali q̄ imitat̄ naturā. ſic ⁊ ſpiritualis cognatio habet imitari naturā uel cognationē carnalē. ut. ſ. vnus ſolus ſit in ſacramento patrinus. ſʒ ꝯ. xxx. q. iiij. quod autem. So. ut ibi no. ſ. e. ti. c. ul.
u ¶ Contrahitur. ſ. cū oib⁹. ⁊ ſic multa fieri ꝓhibent̄ q̄ facta tenent. ſ. c. ꝓxi.
x ¶ Idem. ſ. ut plures in confirmatione tenere non debeant tñ ſi teneant. oēs ſunt compatres uel compatrini.
y ¶ Sacramentorum. ſ. penitentie corporis chriſti extreme vnctionis ordinis ⁊ coniugij. Renaſcimur enim in baptiſmo. ⁊ chriſmatio frontis illam confirmat. quod non eſt in alijs ſacramētis. ⁊ ideo per iſta ſpiritualis contrahitur compaternitas non per illa. ⁊ hoc no. xxx. q. i. omnes. ⁊. ſ. e. c. ul.

## Incipit liber quintus. De accuſationibus inquiſitionibus ⁊ denunciationibus Rubrica.

POſtquã[a] coram eo qui ꝯtra te ſuper certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus: eadem crimina fuiſti confeſſus[b]: fruſtra confeſſionē tuam: quo minus puniaris ex ea prout iuſticia[c] ſuadebit: ex pretextu impugnare contēdis: ꝙ ſuper eiſdem criminibus non fueras antea diffamatus. uel ꝙ per eundem inquiſitorem capitula ſuper quibus ꝯtra te uolebat inquirere tibi tradita non fuerūt[d].

Idem.

SI is cui[e] contra te commiſſa fuerat ſimpliciter inquiſitio ſuper certis criminibus facienda proceſſerit te preſente nec reclamãte[f] aut quicquam ſuper hoc excipiente infamie inquiſitione omiſſa ad ueritatem eorundem criminū inquirendam: proceſſum huiuſmodi ex eo ꝙ non fuit de infamia primitus[g] inquiſitum: ulterius impugnare nequibis[h]. Gregorius nonus remenſi archiepiſcopo ⁊ ſuffraganeis ſuis.

### De hereticis.

QUoniam[a] epiſcoporū numerus ad degradationem clericorum a canonibus[b] conſtitutus non poteſt de facili[c] conuenire. concedimus ut ſacerdotem uel alium clericum in ſacris ordinibus conſtitutum: cum pro[d] hereſi fuerit ſeculari curie relinquēdus[e] aut perpetuo immurandus:[f] conuocatis abbatibus aliiſqꝫ prelatis ⁊ religioſis perſonis ac litteratis ſue dioceſis de quibus expedire uidebitur: ſuus ſolus[g] poſſit epiſcopus degradare.

Alexander quartus.

QUicunqꝫ[h] hereticos credentes receptatores defēſores uel fautores eorum ſcienter[i] preſumpſerint eccleſiaſtice tradere ſepulture[k]: uſqꝫ[l] ad ſatiſfactionē idoneam excommunicationis ſententie ſe nouerint ſubiacere: nec abſolutionis beneficium mereantur: niſi ꝓpriis[m] manibus publice[n] extumulent[o]: ⁊ proiiciant huiuſmodi corpora damnatorum: ⁊ locus[p] ille ꝑpetua careat ſepultura. Inhibemus quoqꝫ ne cuiquā laice[q] perſone liceat publice uel priuatim de fide catholica diſputare: qui uero contrafecerit excommunicationis laqueo innodetur[r]. Heretici autē credētes receptatores defenſores ⁊ fautores eorum ipſorumqꝫ filii[s] uſqꝫ ad ſecundam[t] generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficium[u] ſeu officium publicū[x] admittantur: quod ſi ſecus actum fuerit decernimus irritum ⁊ inane. Ad hoc quoſcūqꝫ uiros eccleſiaſticos qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates[y] perſonatus ⁊ quecunque alia eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti: extūc

a Poſtq̄. decre. iſta et ſequens emanauerunt ad declarationē decre. ſ. e. qualiter. i. ⁊ ij. ⁊ c. cum oporteat. ⁊ c. ad petitionē ibi iudiciarium ⁊c. ⁊ corriguntur opiniones hoſtien. nota. in c. qualiter. i. in. i. glo. vltra vnam columnā ver. quid ſi inquiſitor. ⁊ in. ij. glo. ⁊ quod no. in. c. cum oporteat ſuper verbo ſubdito v. queritur ſi inquiſitor. ſimiliter ⁊ in ſecundo qualit̄ ſuper verbo fuerit ⁊ ſuper v̄bo legittime. ⁊ facit quod nō guil. in ſpe. ti. de inquiſiti. §. nunc tractemus. v̄. quid ſi inquiſitor ꝓmixtim. io. an.

b Confeſſus. nulle igit̄ ſūt partes iudicis. niſi ut ferat ſētentiam. quid enim querem⁹ de infamia uel capitulis ex quo claret de crimine. xxiiij. q. iij. ecce. de elec. per inquiſitionem. de confeſ. ſi ſup. ff. ď iudi. ſi debitori. Jam enim ē notorium crimen. de cohabi. cleri. ⁊ muli. veſtra. ⁊ c. ſi.

c Juſticia. ſ. imponendo penā a iure ſtatutā uel arbitrariam ſi nulla pena eſt ſtatuta ſ. de of. del. de cauſis. io. an.

d Fuerunt. ſi infamatus nō erat. ad inquiſitionē procedi non debuit veritatis ut in p̄dictis iuribus. ſ3 ille debuit appellare ⁊ non reſpondere. vn̄ imputet ſibi. idem dico ď capitulis que tradi debuerūt ſ. e. qualiter. ij. §. debet. ſi petita non fuerunt. ⁊ confeſſus eſt crimen ſibi imputet. potuit enim iuri ꝓ ſe introducto renunciare. ⁊ tunc tacite renunciat. ad hoc. ff. de procu. pomponius. §. rati. S3 hoſt. contra in predicta decre. qualiter. i. per. l. ff. de procu. fili⁹. §. inuitus. ⁊ hunc dicebat caſum ipſius decre. e. ti. ad petitionem. naꝫ ibi preſente ⁊ nō contradicente illo. ꝯtra queꝫ inquirebatur. non fuerat ſeruatus ordo qui debuerat ſeruari. vn̄ proceſſus caſſari mādatur. ſ3 de alio ordine intelligatur.

e SI is cui. fuerat. ad petitionem alicuius. quia ſi papa proprio motu cōmittit inquiſitionem criminū alicuius. iam illū approbat infamatum. cum epiſcop⁹ ⁊ metropolitanus procedant. etiam ad inquiſitionem omiſſo tali articulo. ij. q. v. omnibus. ſ. e. ti. ſicut olim. ſ3 ſi ad petitionem alterius cōmiſerit tunc p̄us inquiret inquiſitor de infamia. hoc tenet inno. ſ. e. ti. cum oporteat. Quid ſi ille qui litteras inq̄ſitionis impetrat ſit excōicatus. dixi. ſ. ď reſcrip. c. i. ⁊c.

f Reclamante. dicebat hoſtien. in ſupradictis glo. ꝙ taciturnitas habebat̄ hic pro diſſenſu ⁊ contradictione. quod non eſt verum ut hic uides. immo tacendo tacite iuri ſuo renunciat. j. de regu. iu. qui tacet ⁊ dixi de hoc. e. ti. is q tacet. Reclamare igitur debuit. ⁊ petere prius inquiri ſuper inquiſitione infamie. ⁊ ſi hoc non fieret debuit appellare. ut dixi. ſ. c. proxi.

g Primitus. i. anteq̄ quereretur de veritate. io. an.

h Nequibis. non ergo ordo iſte ita eſt de ſubſtantia ꝙ ei renunciare non poſſit. facit. ſ. de fer. c. ul. ⁊ quod no. ſ. de offi. dele. de cauſis.

a Quoniam. incipiebat ⁊ ſi cōtra. ⁊ bene de medietate decurtata eſt

b Canonibus. xv. q. vii. ſiquis timidus. ⁊ duobus. ca. ſe. ⁊ debent eſſe. vi. in degradatione preſbyteri. tres in degradatione diaconi. ⁊ ita de ſubdiacono uidetur. ut ſ. de ſer. non or. miramur.

c Facili. bene eſt poſſibile ſ3 non facile. lex. n. nō d3 eē impoſſibilis. iiij. di. erit autem.

d Pro hereſi. in aliis igitur criminibus ſi immineret degradatio facienda. ſeruent̄ antiq̄ iura. q2 i hoc crimine h̄ introductū eſt ſpāle. ad idē. j. e. i fidei.

e Relinquendus. quod dic ut. ſ. de ver. ſig. nouimus. ⁊. j. de penis. c. ij.

f Immurandus. ſ. e. excōmunicamus. ij.

g Solus epiſcopus. excludit epiſcopos. non capitulum ſuum. ad idem. xv. q. vij. ſi autem. ⁊. §. ſe. ⁊ c. epiſcopus. xviij. q. ii. c. nullam.

h Quicunqꝫ.

i Scienter. ignorantia ergo probabilis bene illos excuſat. ſ. de cle. excō. mini. apoſtolice.

k Sepulture. ſic ⁊ manifeſti vſurarii non traduntur ſepulture. ſ. de vſur. q2 in omnibus. ⁊ qui moriuntur in torneamentis. ſ. de tor. c. i. ⁊ ď hoc de ſepul. ex parte in vlti. glo. Dicitur autem ſepultura multis modis. ut no. xiij. q. ii. §. item queritur. ⁊. ſ. de ſepul. c. penul.

l Uſqꝫ. hic licet ſatiſfaciant. ſequi debet abſolutio. ut patet per id quod ſequitur.

m Propriis manibus. Nota caſum quo poſſuꝫ per me quod non poſſum per alium: de hoc dixi. j. de regu. iur. poteſt. ſicut enim exhibuerunt membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitateꝫ. ſic exhibere debent illa ſeruire iuſticie ad iuſticiam. ſicut dicit apoſtol⁹. i. ad romanos. vi. c ⁊ ſunt hec verba in canone. xlvii. diſti. omnes huius.

n Publice. quia que publice peccantur publice emendentur. de pe. ⁊ re. ca. i.

o Extumulent. h̄ ueruꝫ intelligo: qn̄ oſſa ipſorum poſſent ab oſſibus aliorum diſcerni. alias ſecus. ſ. de ſepult. ſacris. io. an.

p Locus. punitur res inanimata. ſic ſ. de penis in quibuſdam. ſ. de elec. vbi periculum. §. ciuitas. ⁊. j. de pe. c. vlt. in fi. xv. q. i. mulier.

q Laice. forte intellexerunt de laico ad modum vltramontanorum qui il litteratos laicos vocant ⁊ litteratos clericos vocant. quid enim eſt dicere ꝙ ruralis clericus diſputando de fide non incidat in hāc penam ⁊ doctor decretorum laicus incidat. tamen ſufficit ita eſſe ſcriptū. ⁊ ſolū duo ſūt chriſtianoꝝ genera clerici ⁊ laici. xij. q. i. duo ſunt. ⁊ concor. ad hoc. C. de ſum. tri. l. penul.

r Innodetur. nunquid per ſententiā uel ipſo iure: et uidet̄ ꝙ ipſo iure per id ꝙ dicit laqueo. quaſi ipſum factum damnatuꝫ illaqueet in contrarium videtur. quia in penis benigna fieri debet interpretatio. ut. j. de regu. iu. in penis cum ſuis concor. eſt igitur benigni⁹ ut intelligamus canonē eſſe ferende ſententie q̄ iam late. ergo eſt hec pars amplectenda. ut ibi. ad hoc. ix. di. ſana quippe. Preterea ſi voluiſſet ꝙ eſſet canō late ſententie dixiſſet ſit innodatus uel eo ipſo uel ſimilia verba.

s Filii. No. caſum in quo pro delicto paterno punitur filius. Hoc etiam procedit in crimine leſe maieſtatis. quod eſt minus hoc crimine. quo leditur eterna maieſtas. ſ. e. vergentis. ⁊ ſi cōtra homines illate blaſphemie impunite nō trāſeunt. multomagis qui ipſuꝫ dominum blaſphemat dignus eſt ſupplicia ſuſtinere. in auc. ut nō lux. contra na. i. riſo. ⁊. §. i. col. vi. nec debemus illius opprobrium inultum dimittere. qui noſtra probra deleuit. ſ. de iudeis in nōnullis. Quod enim in religione diuina committitur in omnium fertur iniuriam. C. de heret. manicheos. ad idem. xvii. q. iiij. ſicut. alias regulariter pena temporali non punitur vnus pro alterius delicto. quod dic ut no. i. q. iiij. in ſumma. ⁊. xxiiij. q. iij. in ſumma. ⁊ intelligas hoc de filiis non infectis. Illi enim punirentur. ut ipſi ex proprio delicto non ex alieno.

t Secundā. h̄ intellige ſm̄ determinationē decre. j. e. ti. ſtatutū. ij.

u Beneficium. large ſumit̄. de hoc dixi. j. de reg. iu. c. i.

x Publicum. ut iudicatus notoria ⁊ his ſimilia. ad idem. j. de penis felicis. §. ꝙ ſiquis. in prin.

y Dignitates. nunquid ⁊ pontificalis dignitas includitur: pro ⁊

priuamus[a] ſiliter acquiſitis: uolē
tes ꝙ tales ⁊ habitis careant ꝑpe
tuo: ⁊ ſi receperunt illa ſcienter[b]:
ad alia uel ſimilia nequaquā in po
ſterū admittant. Illoꝝ aūt filiorū
emancipationem: quorum paren
tes poſt emancipationem etiā[c] hu
iuſmodi apparuerit ante ipſaꝫ a uia
ueritatis ad heretice ſuperſtitiōis
inuium declinaſſe nullius uolum⁹
eſſe momenti uelut factā de homi/
nibus ſui iuris: cum dignum ſit: ut
propter tanti atrocitatem delicti fi
lij eſſe in parentum hereticoꝝ de
ſierint[d] poteſtate.

Idem inquiſitorib⁹ heretice prauitatis.

Filij uel heredes[e] illorum qui
duꝫ in egritudinis lecto decū
berēt petierunt hereticos conſo/
latos: ut ab eis ꝑ man⁹ impoſitiōeꝫ
ꝯſolatiōeꝫ reciperēt ſcḋm peſſimā cō
ſuetudinem eorundem: ſicqꝫ uiaꝫ
fuerūt vniuerſe carnis ingreſſi. ad
probandum ꝙ ipſi defuncti ꝯſola/
tionem illam: immo uerius deſo/
lationem non ſane[f] mentis effecti
ſuſceperint uel poſt perditam iā lo
quelam cum tñ moris ſit ut dicitur
apud eos: ꝙ nullum taliter ꝯſolen
tur: qui non ſit ſane mētis ⁊ memo
riam habeat ordinataꝫ: admitti nō
debent: ſi dum uiuebant[g] diffamati
erant de hereſi uel ſuſpecti: aut le/
gitime[h] conſtiterit: ꝙ ſane mentis
exiſtētes huiuſmodi hereticos pe
tierunt: alioquin[i] admitti poterūt
predicti filij uel heredes ad probā
dum premiſſa[k] non tamen per uxo
res ⁊ filios familiares uel de ſuis
aliquos: ſed per teſtes alios fide[l]
dignos: ⁊ ſpāliter fidei zelatores.

Idem eiſdem.

Super[m] eo quod ſcriptum le/
git[n]: eccleſia nulli claudit gre/
mium redeūti[o]: quoqꝫ[p] hi qui poſt
abiurationem erroris uel poſtquā
ſe proprij antiſtitis examinatione
purgauerint ſi deprehenſi fuerint
in abiuratam hereſim recediſſe ſe/
culari decernūtur iudicio ſine ulla
penitus audientia relinquendi[q]
cum ſcripture huiuſmodi uideant
ſibi inuicem aduerſari: quid tenē
dum ſit per ſedem[r] edoceri apoſto
licam poſtulaſtis. Nos itaqꝫ in
quiſitioni ueſtre de fratruꝫ noſtro
rum conſilio reſpondemus: ꝙ tali
ter deprehenſis etiam ſi ut dictum
eſt: ſine ulla penitus audientia re/
linquēdi int iudicio ſeculari: ſi ta
men poſtmodum peniteant: ⁊ pe/
nitentie ſigna in eis apparuerint
manifeſta: nequaquam ſunt humi
liter petita ſacramenta penitētie ac
eucharistie deneganda[s]:

Idem eiſdem.

In fidei[t] fauorem concedim⁹
ut in negocio inquiſitionis[u] he
retice prauitatis excommunicati[x] ⁊
participes[y] uel ſocij criminis ad te
ſtimonium admittant (preſertim i
probationum aliarum defectum)
contra hereticos credentes fau/
tores receptatores ⁊ defēſores eo
rum: ſi ex ueriſimilibus coniectu/
ris[z] ⁊ ex numero teſtium aut perſo
narum tam deponentium quaꝫ eo
rum contra quos deponitur[⁊] qua
litate ac alijs circunſtantijs ſic te/
ſtificantes falſa non dicere preſu/
mantur.

Idem eiſdem.

Reſidentes[ꝯ] regimini alicu/
ius regni prouincie ſiue loci:
licet excommunicati[ꝝ] uel de facto
tantum: ⁊ non de iure iuriſditionē
habentes: ac eorum officiales[a] ad
requiſitionem ordinariorum uel
delegatorum ipſorum aut inquiſi
torum heretice prauitatis non ua/
lentium ſine more diſpendio[b] uel
negocij periculo recurſum habe/
re ad ſuperiores qui legitime in
locis ipſis poſſint iuſticiam exeq.
poſſunt ⁊ debent contra hereticos
credentes fautores receptatores
⁊ defenſores eorum iuſticiam ⁊ ſu
um officium exercere. nec requirē
tes huiuſmodi excommunicatos
propter hoc ſententiam excommu
nicationis[c] incurrunt. Non tamē
preſidentibus prelibatis[d] uel offi
cialibus eorundem propterea in
alijs caſibus intelligatur conceſſū
aliquid uel permiſſum.

Idem eiſdem.

Cum contumacia[e] in cauſa pre
ſertim fidei ſuſpitioni preſum
ptionē adijciat uehementeꝫ[f]. ſi ſu/
ſpectus de hereſi uocatus a uobis
ut de fide reſpondeat[g]: excōis uin
culo pro eo ꝙ parere ſubter fugit
aut ꝯtumaciter ſe abſentat. ꝑ uos
fuerit innodatus: quā per annū ani

contra. ī. de pen. felicis. §. ꝙ ſiquis in prin.
a ¶ Priuamus. No. ſpeciale quia alias non refert per quem preces offerantur. C. de preci. impe. of. l. vniuerſis.
b ¶ Scienter. ſ. ſciendo illos qui preces offerebant eſſe tales.
c ¶ Etiā. q: maior eſt dubitatio ꝙ ſi añ emācipationē hꝰ apparuiſſꝫ.
d ¶ Deſierint. No. ergo ꝙ crimen hereſis paternum etiam anteꝙ per eccleſiam fuerit declaratuꝫ liberat a patria poteſtate filium. ⁊ ſic interdum paternum odiū interduꝫ filij fauor tale vinculuꝫ ſoluit. liiij. di. ſi ſeruus. ſ. qui ſi. ſint le. ꝑ venerabilē
e ¶ Filij uel heredes. decurtata eſt ḋ narratione facti. ⁊ incipiebat olim ex parte. ⁊ dic filij. ſꝫ heredes nō ſint. intereſt enim eoꝝ. ut. c. ꝓ. heredes etiaꝫ ſi filij uel propinqui non ſint ⁊ iſtoꝝ intereſt propter vitandā ꝯfiſcationem bonoꝝ. ut ſ. de here. vergentis. ī. e. t. cū ſꝫ leges
f ¶ Non ſane. vnde qḋ tunc faciebant. eis nō debet imputari. q: nullum maleficium ſine conſēſu. xiiii. q. v. ſiquid. xv. q. vi. c. i. in fi. ſꝫ furioſus non habꝫ conſenſum. ut. ſ. de ſpon. dilectus. xv. q. i. illud. ſ. de ſuc. ab inte. cū dilectus
g ¶ Viuebāt. illi parentes uel teſtatores conſolati.
h ¶ Legittime. igiť nota caſum in quo probatio nō admittit probationem in contrarium.
i ¶ Alioquin. i. ſi hꝰ legittie ñ ꝯſtat. nec ipſi dum viuebant infamati erāt uel ſuſpecti.
k ¶ Premiſſa. ſ. ꝙ tunc non erant ſane mētis uel loquelam perdiderant. nec habebant ordinatam memoriaꝫ.
l ¶ Fide dignos. hec clauſula q̄ olim erat obſcura ⁊ dubia cū deliberatiōe fuit imutata ⁊ bene
m ¶ Super eo. terminatū q̄ no. ſ. e. ti. ad abolendā §. illos. ⁊ c. pe. §. ſiq
n ¶ Legiť. xxiiij. q. iiij. duo. ⁊. C. de ſum. tri. l. ul. ad fi.
o ¶ Redeunti uel redeundi. hinc eſt ꝙ omnibus dicitur liberalis. ſ. eo. de reſcrip. ſedes.
p ¶ Quoqꝫ. repete ⁊ ſup eo qḋ ſcriptū legitur ꝙ hi qui poſt.
q ¶ Relinquendi. ut in predicta decre. ad abolendam. §. illos.
r ¶ Sedē. ad quā in talib⁹ recurrēdū ē. ut. ſ. q ſi. ſint le. ꝑ venerabilē
ſ ¶ Deneganda. quod ergo dicit prima auctoritas intelligitur in ſalute anime. ſecunda in corporalia pena.
t In fidei. decurtata ē de narratiōe facti. q̄ oli icipiebat ꝯſuluit.

u ¶ Inquiſitionis. quid ſi non ꝓcedat ꝑ modū inquiſitionis. ſꝫ accuſationis uel exceptionis. nunquid admittenť tales teſtes: videť ꝙ ſic. q: eadē ratio. ſ. fidei fauor ⁊ odiū criminis verſať vtrobiqꝫ. ḡ ⁊ idem ius. de reſcrip. inter ceteras cū ſi. contrariū credo. q: ab illo iure regulari quo caueť tales ꝑſonas ad teſtimoniū admitti non debere non recedā. niſi inquantū inueniā permiſſuꝫ. qui ergo accuſat uel excipit habeat ꝓbationes idoneas nec eſt accuſatio fauorabilis ut inquiſitio. ad hoc. ij. q. vij. ſiquis epiſcopus. Et verbum iſtud dꝫ aliquid operari alias quare fuiſſet expreſſuꝫ ad hoc de ꝑeci. ad audientiā cū ſuis concor. ⁊. ī. de ꝑuile. ſi papa. i. riſo in fi.
x ¶ Excōicati. ſi. ī. c. proxi. tales alias non admittūtur. immo etiam iudices ſeculares cenſura eccleſiaſtica compelluntur tales a teſtimonio in ſuis foris repellere. ī. de ſent. excō. decernimus.
y ¶ Participes. quid de alijs exceptis criminibus an. ſ. tales admittantur: dic ut. ſ. eo. li. de teſti. c. i. ſ. de confeſ. c. i. ⁊. vi. q. i. §. veꝝ. qd de piuris habebis. ī. e. accuſatus. §. lꝫ
z ¶ Coniecturis. quas ipſe iudex examinans melius ſcire poterit. ff. de teſti. l. iij. ⁊ pone exemplū. ſ. ḋ preſump. literas. ⁊ ꝯcor. ī. e. accuſat⁹. §. lꝫ
⁊ ¶ Deponitur. ut facilius credatur ipſis deponentibus ꝯtra infamatū uel ſuſpectū de hereſi. q̄ ꝯtra non infamatū nec ſuſpectū. ad idē. ſ. e. filij.
ꝯ Reſidentes. decurtata de narratione facti. que incipiebat queſiuiſti.
ꝝ ¶ Excōmunicati. maiori excōmunicatiōe ⁊ publice. ut ſit maior dubitatio ad hoc de re iudi. ad probandum.
a ¶ Officiales. nūqd officialis excōicati iudicare poſſit: dic ut. ſ. de ſup. ne pre. romana.
b ¶ Diſpendio. quando ergo ſine more diſpendio hec p̄nt tunc eſſent excōicati eos requirendo. q: cōicans cū excōicato. excōicatus eſt ſeruata diſtinctione. de ſen. excō. nup. fallit hic. vbi ergo non eſt caſus iſte. ergo nec fallit regula
c ¶ Excōmunicationis. minoris. ⁊ ſi intelligeres ꝙ iſti eſſent excōicati. q: iuriſditionē illam exercebant. tūc q cōicarunt illis in iuriſditione excōmunicati eſſent excōicatione maiori. ſ. de ſen. excō. nup. ⁊ c. ſi ꝯcubine. ſꝫ hꝰ ſpāle eſt. q: illā penā euitāt. ⁊ ſic dicam⁹ excōicationis. ſ. etiā maioris uel minoris. ⁊ facit qḋ dixi. ſ. de ſup. ne. pre. romana.
d ¶ Prelibatis. ſ. excōicatis uel tamen de facto iuriſditioneꝫ habentib⁹. ⁊ eſt ſimilis ꝓteſtatio. ſ. e. li. ḋ ſta. re. c. vno
e Cum ꝯtumacia. oliꝫ incipiebat conſultationi.
f ¶ Vehementeꝫ. No. ex hac decre. ſuſpitionē vehementē p̄ſumptionē violētā. ꝓpter ſuſpitionē citať. ut veniat reſpōſurus. ſi ꝯtumax eſt. iā dř vehemēť ſuſpectus ⁊ excōicat⁹. ſi ꝑ annū i illa ꝑſiſtit. iā iſta q̄ erat vehemēs p̄ſumptio trāſit in violentā vn̄ extunc ut heretic⁹ ꝯdemnať. ut hic. Inde eſt qḋ no. her. ſ. de p̄ſump. lr̄as in glo. pe. ꝙ nō vehemēs p̄ſumptio ſꝫ violēta ꝯdemnatiōeꝫ inducit. ⁊ eſt ſi. ad hoc quod no. de ſimo. inſinuatum in vlti. glo.
g ¶ Reſpondeat. ḡ ut habeat locū hec decre. requiriť ꝙ hꝰ exꝑſſum ſit in citatiōe. ut. ſ. ḋ fide veniat riſurus. ſic ⁊ i ſnia reqriť. ꝙ citata fuerit ps ut veniat auditura ſniam alias ſine ap. reſcindiť. ff. q ſen. ſine ap. reſ. l. i. §. itē ꝯū ex eo

mo ſuſtineat pertinaci: extunc ue/lut hereticus[a] condemnetur.

Idem eiſdem.

Accuſatus[b] de hereſi uel ſuſpectus contra quem de hoc crimine magna ⁊ uehemens[c] ſuſpitio orta erat: ſi hereſim in iudicio abiurauit ⁊ poſtea cōmittit in ipſa, cēſeri debet quadā iuris fictione[d] relapſus: licet ante abiurationē ſuaȝ hereſis crimen plene ꝓbatum nō fuerit contra ipſum. Si autē leuis ⁊ modica ſuſpitio illa fuerit: quanquam ex hoc[e] ſit grauius[f] puniendus: non tn̄ debet in hereſiȝ relapſorum pena[g] puniri. Cum vō qui in vna hereſis ſpecie uel ſecta[h] commiſit. aut in vno fidei articulo[i] ſeu eccleſie ſacramento errauit: ⁊ poſtmodum hereſim ſimplicit[k] uel generaliter abiurauit: ſi extunc in aliam etiam hereſis ſpeciē ſiue ſectaȝ aut alio articulo ſeu ſacramento cōmittat. uolumus ut relapſum in hereſim iudicari[l]. Ille quoqȝ de cuius lapſu in hereſiȝ ante abiurationem ꝯſtiterat uel nunc ꝯſtat ſi poſt illā hereticos receptet: deducat uiſitet ſiue aſſociet aut dona uel munera[m] eis donet uel mittat ſeu fauorem eis impendat: qui excuſari nō poſſit[n] etiā ſine adoratione: ut verbis[o] ueſtris utamur: merito debet iudicari relapſus: cū illū ex approbati a ſe prius erroris ꝯſequentia non ſit dubiū id[p] feciſſe. Licet vō ꝑiuri a teſtimonio etiā poſt penitentiam repellantur[q]: ſi tn̄ hi qui corā inquiſitoribus iurantes tam de ſe quā de alijs ſuper facto hereſis dicere ueritatem eam celando[r] deiererent: ⁊ poſtmodū[s] uelint corrigere dictū ſuum contra ſe ac alios ſuos cōplices deponendo: cuȝ crimen huiuſmodi ſit exceptum: ſi ex manifeſtis indicijs[t] apparuerit tales non animi leuitate aut odij fomite ſeu corruptione pecunie ſed zelo fidei orthodoxe dictū ſuum uelle corrigere: ac modo que prius tacuerant reuelare in fauoreȝ fidei: niſi aliud[u] obſiſtat: ſtari debet tam cōtra ſe quam ꝯtra reliquos atteſtationibus eorundē. Sane cū negocium fidei: quod ſumme priuilegiatum[x] exiſtit: ꝑ occupationes alias nō debeat impediri: peſtis in q̄ſitores heretice a ſede apoſto.[y] deputati: de diuinationibus aut ſortilegijs: niſi hereſim ſaperent[z] manifeſte[⁊] intromittere ſe non debent nec punire talia exercentes: ſȝ eos relinquere ſuis iudicibus puniendos. De queſtionibus preterea uſurarum motis: et[a] contra illos quibus reſtitutionem uſurarum in penitentia pro hereſis crimine iniunxerunt ac illi ſe ⁊ ſua ad hoc faciendum in iudicio eccleſie obligarunt: intromittere ſe nō poſſunt: ne per cauſas huiuſmodi offendiculum[b] negocio fidei preparetur. Si uero pro his que in hereſi receptando uel defendendo hereticos[c] ſeu eis fauendo. nō tamen exiſtens hereticus quis cōmiſerit: ſub obligatione bonorum ſuorum inquiſitoribus ſe aſtrinxit ad recipiendam ab eis penitentiam ⁊ complendam ⁊ ea licet iniuncta non tamen peracta deceſſit: ſi per huiuſmodi penitentiam onus impoſitum fuerit proficiens ad ſalutem[d]: in bonis eius temporalibus[e] exequendum: ad complemētum ipſius per inquiſitores cogi debent heredes[f] uel alij: ad quos cum ſuo onere[g] bona huiuſmodi deuenerunt. Porro ſi propter huiuſmodi hereticorum receptationem defenſionem ſeu fauorem quis ad faciendaȝ penitētiam. quā inquiſitores ipſi iniungere uellent bona ſua obligauerit eiſdem. ⁊ antequam ei penitentia iniungeretur deceſſerit eius heredibus non eſt ſatiſfactio pro extincto[h] iam crimine iniungenda. In eo uero caſu[i] quo heredes ad ſucceſſionem non debent ob hereſim ſui auctoris admitti. non obſtante ꝙ auctore ipſo uiuēte hoc non fuerit interueniente ipſius morte per ſententiam declaratum ad confiſcationem bonorum poſt morteȝ[k] eiuſdeȝ nihilominus procedatur. Sacerdotes inſuper ⁊ alij clerici qui negocium inquiſitionis inſtruendo citatos hereticos uel eorum credentes de celanda ueritate uel dicenda falſitate ſeu eos indebite liberando inuenti fuerint impedire[l]: cum non ſit dubium: eos ipſa facere in fauorē heretice prauitatis

a Hereticus. ſic ⁊ in alijs criminibus excōicatus. q2 non venit reſponſurus de crimine ſi in excōicatione ſtat ꝑ annū poſt annū habetur pro ꝯuicto. xi. q. iij. rurſus. ⁊ c. quicunqȝ.

b Accuſat⁹. de hereſi. diuide decr. in. iij. ptes. In quaꝝ ꝑma ponunt̄ tres caſus quib⁹ quis dr̄ relapſus. ⁊ durat vſqȝ ad. §. licet vo. Ibi ſecunda in qua dicit̄ ꝙ piurus in cā hereſis certis caſibus teſtimonium ꝓhibet ⁊ durat vſqȝ ibi ſane. Ibi tertia in qua ponūtur. vi. caſus oliȝ dubitati. an ad officiuȝ inquiſitoꝝ ſpectarent. vſqȝ ad. §. religioſi. Ibi iiij. in q̄ dr̄ religioſos in hereſi delinquētes grauius alijs puniendos.

c Uehementes. non violenta. ō pſump. c. lrās. ⁊ facit qđ dixi. ē. c. pxi.

d Fictione. ideo dicit. q2 vere nō pōt dici relapſus de q⁹ nō ꝯſtat an fuerit lapſus. ſic̄ dicit canon ꝙ non pōt dici renatus qui pri⁹ nō fuit natus. de ꝯſe. di. iiii. qui in materniſ neqȝ enim dici in eū regeneratio poteſt quē generatio n̄ pceſſit. ut ibi dr̄. ꝓpter vehementē ꝗ ſuſpitionē fingit̄ lapſus. ita ꝙ poſt abiurationē redicēs fingit̄ relapſus. ſepe. n. iura talia fingunt. de h. l. di. ferrum.

e Ex h. ſ. q2 poſt abiurationem reperitur lapſus.

f Grauius. ſ. ꝙ ſi nunq̄ abiuraſſet.

g Pena. ē. e. ad abolendā. § illos quoqȝ. ⁊ ē. e. ſuper co.

h Secta. multas potes videre. xxiiij. q. iij. c. pe.

i Articulo. quos habes explicitos. ē. ō ſū. tri. firmiter.

k Simpliciter. ꝑ hec verba puto ꝙ ſi abiuraſſet ſolū in illo capitulo. ſȝ haberet̄ in alio non diceret̄ relapſus. Et no. ꝙ indefinita equipollet vniuerſali. ad idē de ꝑuile. q2 circa. ⁊ nunquid de vno articulo infamatus ſe teneat̄ ō omnibus expurgare. no. de ꝯſe. di. ij. ego berengarius. ⁊ puto hanc lrām ꝓ illa parte facere ꝙ non teneat̄. tn̄ ſi id faciat valet. ⁊ habebit poſtmodum locum pena relapſoruȝ ut ſequitur.

l Iudicari. ō. C. de trāſac. ſi de certa. ff. de tranſac. q cū tutoribus. §. i. vbi generalis tranſactio reſtringit̄ ad id ō quo ſpecialit̄ actū erat. So. illa locū habent in non ꝯnexis. ſȝ hic omnes hereſes ſūt cōnexe q2 habent caudas ad inuicem colligatas. ⁊ de vanitate conueniunt in ipſum. ē. c. excōmunicamus. i. ⁊. ij. vnde non querimus an ſit relapſus in illaȝ hereſiȝ in quā prius fuerat lapſus. ſed querimus an fuerit relapſus in hereſim. Semel ergo lapſus in hereſim poſt abiurationeȝ iterum lapſus. licet in alia ſecta dicitur relapſus.

m Munera. differentia eſt inter donum ⁊ munus. munus enim ex cauſa datur. donum ex cauſa ⁊ ſine cauſa. ff. de ver. ſig. inter donum.

n Nō poſſit. puta ꝓpter neceſſitatē famis. xlij. di. qeſcam⁹. lxxxvi. di. nō ſatis uel ignorabat illos hereticos ⁊ ſic ꝑ ignorātiā excuſat̄. j. ō re. iu. ignorātiā

o Verbis veſtris. ſi. ē. de re. ec. nō ali. hoc conſultiſſimo.

p Id. ſ. receptare deducere viſitar̄ aſſociare donare mittere uel fauorē ipēder̄

q Repellantur. vi. q. i. quicunqȝ. ⁊. ē. de teſti. teſtimoniuȝ.

r Celando. duplex eſt forma iurādi. qđ dic ut. ē. de accuſatio. qualiter. ij.

ſ Poſtmodū. ex interuallo. ut ſit hoc ſpeciale fauore catholice fidei. alias nil eſſet hic fauoris. ut. ē. de teſti. co. preterea.

t Indicijs. ſic. ē. e. in fidei. ⁊ ſic per indicia ſtatur probationi. cō h ē. qui ſi. ſint le. tranſmiſſe.

u Aliud obſiſtat. ſ. ꝙ predictū periuriū. vnde ſi de falſo redarguerent̄ nō ſtabit̄ eoꝝ dicto. de teſti. ex tenore.

x Priuilegiatum. No. magis priuilegiatū anteponi. ē. ō of. leg. volētes. xxi. di. deniqȝ. ff. de of. procon. l. ulti.

y Apoſtolica. multo minus alij.

z Saperent. ſicut eſt circa aras idolorum nefarias pces emittere ſacrificia offerr̄. demones cōſulere. eoꝝ reſpōſa ſuſcipere. xxvi. q. ij hi qui. ⁊. q. iiij. igit̄ uel aſſociant ſibi ꝓpter ſortes exercendas hereticos vel faciūt ꝑdicta cū corpore uel ſanguine xpi uel in fontibus ut poſſint haber̄ reſpōſa. pueꝝ rebaptizāt uel his ſimilia

⁊ Manifeſte. i. dubio ergo h caſu nō habent iuriſditiōeȝ ⁊ licet alias iudex agnoſcat an ſua ſit iuriſditio. ⁊ in dubio dicat̄ iuriſditionē habere. ff. ō iud. ſi quis ex aliena. q̄ in ordinario loquit̄ hic tn̄ niſi id manifeſte appareat ſe nō intromittit ⁊ eſt ſi. ē. e. li. de cenſi. c. i. §. notoria. ⁊. j. ō pe. c. i. ē. ō of. del. c. ul.

a Et ꝯ illos. q. d. multo minus ſi cōtra alios.

b Offendiculum. pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. ⁊ ſepe q ad vtrūqȝ feſtinat neutrū hn̄ pagit. xvi. q. i. pſbyteros. ⁊ C. de aſſeſ. nemo.

c Hereticos. ō. ē. e. ti. c. pe. vbi defenſores ⁊ fautores hereticoꝝ heretici ſūt So. nō in fauēte et defēdēte ſȝ in credēte loquit̄ ibi.

d Ad ſalutē. utpura ut fundaret uel edificaret eccleſiam hoſpitale uel alium pium locū. uel faceret ſimile piū opus ut in auc̄. de ec. ti. §. ſiquis edificationem. col. ix.

e Temporalib⁹. h dicit q2 ſecus ſi ieiunio vigilijs orōnibus uel ſimilibus ꝯſtiterit illa penitētia. idē eſſet ſi non poſſȝ illud iniunctū. licet ſalutiferū expleri ꝑ aliū. ſicut eſſet theologiā audire uel ſimilia

f Heredes. xij. q. ii. epus qui filios. de ſepul. c. ul. de rap. in lrīs.

g Onere. xv. q. i. ſiquis laicus de deci. paſtoralis. ⁊. c. cū nō ſit. C. de ſerui. ⁊ aqua. l. ⁊ in ꝓuinciali. ē. de pig. ex litteris.

h Extincto. crimina extingunt̄ morte. ut. xxiii. di. quoꝛundaȝ. xxiii. q. ii. admonere. ff. ō his q mor. ſi conſci. l. ul. ex quo igit̄ extinctū

ē crimē. ⁊ pnia nō ē īpoſita ꝑ crimine iā extincto. n̄ imponat̄ vlteri⁹
i ¶ Caſu. quia non fuit reincorporatus vnitati eccleſie.
k ¶ Poſt mortē. xxiiii. q. ii. ſane. ii. ⁊. C. ad. l. iul. maieſ. l. vl. ⁊ intelli-
ge hoc vſq3. ad. xl. annos. nā poſtea abdicari non poterūt etiā a ro.
eccle. a filijs catholicis. q illa tanto tpe bona fide poſſederūt. qḋ ve
ru3 eſt ſi parētes ca
tholici putabāt̄. ut
ſ. e. li. ḋ pſcri. c. ult.
l ¶ Impedir. mani-
feſte uel non mani
feſte. dummodo h̄
conſtare poſſit.
a ¶ Caſtigari. ſic. j.
de penis romana.
b ¶ Delinquentis.
nā grauius delictū
eſt grauius vindi-
candum. xxiiii. q. i.
non afferamus. ſ.
de exceſ. pla. tāta. ⁊
in eq̄libus delictis
eq̄les ſint pene. j. t.
ꝑri. c. vno in fi.
c ¶ Religioſi. iſti ſi
reperiant̄ heretici
non ſunt dicēdi re-
ligioſi ſ3 religionis
obumbratiōe fuſca
ti. ſ. e. ti. ad abolen
dam. §. i. ⁊c̄.
d ¶ Immurationis
ſ. e. ti. c. penult.
e ¶ Seculares. ſ. cle
rici uel laici. ⁊ con-
cor. optie. ſ. ne cle.
uel mo. c. ſed nec.
f ¶ Conſimilib⁹. ḋ q
b⁹ vidiſti. ſ. ꝑri. §.
g ¶ Statutū. dire-
cte. puta ne a-
liquis ciuis illi⁹ lo-
ci accuſari poſſit.
uel ꝯ eu3 ingri ſup
crimine hereſiſ. uel
ꝙ nullus ꝯ aliū de
crimine hereſis au
deat teſtificari uel
his ſimilia.
h ¶ Indirecte. puta
ut nullus poſſit de
aliquo crimine pu-
niri ab aliquo ꝙ a
poteſtate uel ut nul
lus ali⁹ ꝙ poteſtas
poſſit aliquē capeȓ
uel capi facere uel
ut nullus niſi ſit de
familia poteſtatis
poſſit arma portaȓ
uel his ſimilia.
i ¶ Retardari. No.
ꝯ generale illud. qḋ
